



PRÆSTIGIIS
ET
INCANTATION
DÆMONUM












EX
Libris
ERN.
DE TOYTOT.





DE PRAESTIGIIS ET INCANTATIONIBVS DAEMONVM ET NECROMANTICORVM LIBER


singularis nunqàm antè hac æditus.

Auctore Ricardo Argentino Anglo, Medico.

de Strasbourg



Basileæ 1568.



REGINALDO VVOLfio homini pio & docto Argentinensi, Richardus Argentinus S. D.



cripsi superiore anno Reginalde optime inuectiua in Necromanticos quæ propter veterem amicitiam nostrã nomini tuo dicare volui, ea si tu grato animo susceperis & doctioribus expolienda dederis, poterint aliquam viam parare his, qui in talibus delirant qua aliquando resipiscant vt ad frugem vertantur meliorem. Noui satis indolem tuam quam impensè vero Dei cultui promouendo per operam tuam faueas, quare vt hæc causa per me detur multis, qua veram Christi religionem amplectantur, vanis omnibus præ illa ductis contemptui, tu per humanitatem tuã ingenitam, hanc animi erga te gratam significationem ita cum amicis tuis communicabis, vt ignorantiam & iustitiã meam potius damnẽt, quàm vt voluntatem, qua prodesse volui multis, meã deesse intelligant. Nã quamuis ita se res habeat, vt imperitiores vt plurimũ & auari hac labe sese aspergere conentur maximè, non ita

raro tamen contingit, vt ij qui pii videri volunt de hoc mali Corui ouo malo etiã afflictim sese & animum suum contaminent, atque ideò hic primùm scopus laboris mei conscriptus est, vt ad hunc lapidem lydium qui syncerius iudicare poterint, conscientiam suam examinent, si fortè per Mentis cæcitatem in Necromanticam sentinam irruant. Animus enim erat non ita pridem aliquot errantes & immanè lapsos ad mentis sanitatem redimere, faxit optimus maximus Deus vt tu illuc etiam mecum vnà animum tuum intendas, quoniam piaculũ est, si modo possis errantibus rectam viam nõ monstrasse. Vale Exoniæ pridie *(le 31 janvier)* Calendas Februarii Anno 1563.

+ à excester, en Angleterre.

Ne locus aliquis in hoc libello vacaret id enim incõueniẽs esse iudicamus, huc veterũ credulitatẽ notandam existimauimus, qui etiã ea credidêre quæ nobis incredibilia & monstro similia esse videntur. Homines Sagarũ maleficio in bestias cõuerti. Sic superstitiosa et credula fide, Demarchũ, narrat Plin. degustatis pueri immolati extis. in lupum conuersum Et Circe poculis socij Vlyßis conuersi sunt in canem immundũ et amicã luto suem, quæ si ipse cupidus bibisset excors sub domina meretrice fuisset. His et similibus figmẽtis et Apulæi in asinũ versi fabulæ adscribatur Luciani Metãorphosis: qui in Thessaliam profectus, vt magicas artes disceret, in hospitiũ forte diuertit vbi mulier se vnguento illinens in coruum mutabatur. Vale.

DE PRAEDICTIONIBVS Magicis & Diabolicis contra Necromanticos proœmium.



IDEO ſancitum decreto Sacrorum Eleuſinorũ, Neminem in Eleuſinarũ adyta debere intrare, niſi eum qui ſe innocentem nouerit. Et hoc quoque decretum eſt Eleuſina ſacra impunè nõ eſſe diuulganda. Numenius enim pythagoricus iram deorũ ſubijt, quòd ea enunciaſſet, atque inde factum eſt, vt in Somnijs Deas Eleuſinas viderit forma et habitu Meretricio, ante apertũ lupanar proſtantes: cumque ipſe eius rei ab eis cauſam quæreret, cum bile & irata fronte reſponderunt, ſe ab adyto veteris pudicitiæ ab eo abſtractas, ſeque omnibus paßim proſtitutas. Atque ego hoc ipſum in vſu futurũ intelligo, ſiquæ omnibus fere abdita

ſunt

ſunt in apertam lucem producã. Verũ cum ſit ſanctæ pietatis & ſacræ religionis maieſtas, in primis veneranda & amplexanda vniuerſis, huc animi & mentis aciem dirigere volui vt præ ipſis, dæmonum præſtigias, & tenebrarum horrendas vanitates & impoſturas, ducam contemptui. In glarea cocyti hodie hærent multi, & ita illius limoſo viſco tenentur, vt inde ſe facile expedire non poterint. Alij auaritia cæci, alijque ignorãtia ducti, alij falſo quodam perſuaſu acti præcipites. At de lacu miſeriæ manibus tollere cadentes & primum & humanum eſt. Quapropter de Magicis & diabolicis prædictionibus ſcripturus, quæ nullã phyſicam cauſam habent, hinc ordiri viſum eſt operæpreciũ vt indicem qui ſunt Hebræis qui vocantur קְסָמִים *quarto Regum decimo ſeptimo, hoc*

est diuinatores, qui quidem sunt impostores, & generali vocabulo tales, qui prohibita tentãt, & homines fraude dæmonis in perditionis Nassam fallaci esse pellicíũt. De ijs status negotij est, de ijs monere omnes vt caueant visum est operæprecium, quoniam nõ diuinos sed caninos Angelos comites habent quibus sua scelera indocto popello suspicienda faciant horũ prædicationibus animatus Pharao, armabat se ad delendos Israëlitas, Sẽnabris in vrbe Niniue oraculis Nesroch nihil non tentabat aduersus Deum Israelis. Cum igitur hoc æuo ἀλάςορες quidã in hãc sententiã profundius immersi sacram Astrologiam Prophanent, omnibus virtutibus apertũ bellum indicant, & sanctæ religionis Iura contaminant, Deum optimum maximum probro afficiant, & verendo nomine

nomine יְהֹוָה ad maleficia sua abutã-
tur, quamuis sit hac tempestate mira
violentia, & Iudiciorũ cachexia quæ-
dam in hac re purgatione opus est. Nõ
ita pridem docti aliquot renati, Euã-
gelij causam suscipientes, Aristotelem
penitus renouandum censebant, non
propter hoc quòd eius Philosophia ma
la esset, sed ideò quia eius Philosophia
occupabat oẽs Ecclesias, & ita erat
admixta Theologiæ, vt scriptura sa-
cra penitus iacuerit. Ita & hic nos in
votis petimus vt omnis præter Phisi-
cas rationes habita diuinatio, è medio
tollatur, non quòd omnis coniectura
futurorum mala sit, sed ideò quia diui
natio præter causas Physicas facta,
ita Astrologiæ veræ est admixta vt
per fraudes & malos spiritus futuro-
rum prognosticatio Astrologiæ natu-
ralem fucũ faciat, & veram illius ra-

 tionem

tionem omnis tollat & in vanas conuertat aures. Olim ex prædictionibus Astrologiæ gentes pendebāt, adeo vt regni Israelitici cōstitutionē imaginatione humana & ex stellarū viribus vt cætera omnia pendere arbitrabantur, hodie nihil ferè agitur nisi modo præpostero, adeo vt ab improborū hominum, et diabolicæ fraudis nutu & retētu, tota negotij & rei moles pendeat, qui aut secreto cum dæmonibus paciscuntur, aut in cacodæmonis clancularia adoratione iurent, aut per data & interposita fœdera sese obligēt. O sæculum impium. O mores pessimos, O agmina viperarum, & generationem peruersam; habet omne sæculum suas pestes, habet sua carcinomata, sed hæc lues vsque ad animam pertingit, & in mentem sancti & summi Dei tabernaculum, suam tabem, &

venenum plusquam aconitum profundit. Quæ ætas prædicat Simonē Magum, quæ Iulianum apostatā? quæ Zaroen & Arsexat? et tamē illi impij huic sæculo impares sunt, & suis præstigijs vincuntur. Nero hac tempestate pius est, vt hellenes Simonis assecla aut ancilla potius, sanctæ vitæ & decoris atq; honesti speciē induisse videri poterit, & dum oēs inhiant lucro, de deo omnes desperant vt viam suā parent Orco. Et si harpalus olim dicebatur vinū dedisse contra Deûm testimonium, quòd in illius longa impunitate, Deus negligere res humanas videretur, non hodie vnus tantū à capite ad calcem perditus harpali exemplū imitatur, sed ferè tota massa magistratuū hoc delirio corrumpitur, γοητεία vel Theurgia mundorū spirituū incātationibus cōcinnata

*Magia, & nefariæ curiositatis effor-
mata ars mille perstrinxit oculos &
animos dementauit mille et logica la-
rua quæ Paulo opponitur operi opera
to, pro cultu mẽtis accepta, de timore,
de fide, de inuocatione, de gratiarum
actione in dæmonum inuocationem in
Lacedæmoniorũ adorationẽ versa,
malos genios adorat, & pro conditis
thesauris nihil non mali tentat, & ho
mini pessimorũ mens fide vacua dæ-
monum cultui relicto vero Deo ita se
obligat, vt quid καρδιογνώστῃ Iudicíq; in
deprecabili in vltimo die respondeat,
non habet. Superstitio insuper quæ est
credulitas quædam verbo Dei destitu
ta, omnem rem per se facilè transigit
sed item tempestiuũ est vt cætera suo
ordine sub Deum viuant.*

*De Pythone habitãte fánaticos, &
dãte gerẽtibus responsa futurorũ c. 1.*

Hæc

Hæc persuasit ratio veteribus, de viuis verum non rogandū esse, à ligno putrido à carioso saxo, aut æruginoso metallo, & hoc etiam doctis est receptum, oraculū Pythium fuisse Beelzebub Accoronæum, venerē Sidoniam fuisse Astarte, Arrhæū priapū fuisse Belphegor, et Philistæū. Idolon fuisse daghon, in quibus omnibus non erat lux matutina, hoc est rerum veritas eorum oracula nō illustrabat. At quo dæmentiæ tamen tum veniebat populus, vt muscis careret litabat Cyrēaico Achori, vt Culices minus infestarēt sacra faciebat Herculi Canopio, vt Murū turba caseos aut si quid tale est non arroderet Numen inuocabat Appollinis Parnopæi, quoniam Bœtiorum lingua Parnopion Mus est Adeo quòd sic verum sit, raro ad bonam indolem redire illum, qui semel

in vitiorum inueterauit Metropoli, iuxta prouerbiũ, nunquam rectũ tortile lignum. At cum ſit virtutis quam hydræ longè maior potẽtia, ſperandũ eſt, quòd ſedula monitione & ſolida doctrina ſemel reſipiſcet populus, quoniam ſtultus, ictus ſapiet: κόβαλοι dæmones hominũ imitatores, cum ſe et operam ſuã cognitam eſſe ſenſerint, non amplius priora deſignare dicuntur, fanatici gentilium vani ſuis per ſanctos Apoſtolos olim facti, ad meliorem frugem reducti, de fraude dæmonum tandem pænituiſſe cæperunt, ſic Philetus Magus ab hermogene ad Apoſtolum Iacobum defecit, hominũ greſſus ſubito figebantur, & tamdiu mobiles ſtabant quamdiu volebant Magi, viſus & auditus ſua non faciebant officia, Marſi vt procurrãt ſerpentes imperabãt, & ipſi abdyta ſua

natura

natura aut potius incantando curabant multos, ſed ſunt opera operibus contraria, & Deus dæmoni contrarius Sathanam in fugam facilè cõuertit. Apollo dictus eſt ab interrogando Pithius, & ex tripode dicta oracula vel cõmuni prouerbio vera fuiſſe prædicantur, dea quoque perſuaſionis & eloquentiæ, quam ſuadelam vocant, πιθῶ dicta eſt. Et Apollo tamẽ quia vt interrogantis operam eluderet ambigua dabat reſponſa et tortuoſa, λοξίας appellabatur. Nunquid ergo vel ipſa inſania, ſtultitia maior eſt ab eo, veritatis & voti euentũ quærere, qui pater mendaciorum ab initio fefellit vniuerſos? Si ſpiritus pithonicus in fanaticis vera ſemper prædicet, cur præſente Paulo & Barnaba in puella actuum 28. ceſsit tempori, et factus mutus per Apoſtolos Dei, deinceps

domi-

domino suo lucri & pecuniæ compendium facere desinebat? Mulier item quæ in En lor Saulo vocauit Samuelis vmbram, non Samuelem cum sanctis animabus agentem ostendebat, sed sub Samuelis persona & Imagine, quæ oportune interrogati responderi poterant per præstigiatorem dæmonē suppeditabat, quæ Pythonem vocauit Säul Samuelis 28. quæ commentitia Numina extra præscriptum verbum Dei, vt terreatur & ea fugiat populus, spiritus sanctus 1. Samuelis 12. vocat מבר hoc est inordinationem, poterat locus ille qui est Ecclesiastici 46. scrupulū, inijcere lectori cum tradat, Samuelis hæc acta & vaticinia fuisse. Chrysostomus ait . Non animā defuncti esse quæ respōdet sed dæmonē qui hæc vt hominē decipiat confingit. Quare si quis Dei & Mentis sanam curam habuerit, is huius generis

deliria aſpernabitur, & me monitore contemptui conſpuet. Et quoniam de קֶסֶם *hoc eſt, de diuinatione diximus ſuperius, ita hîc monere lectorem volumus nomen illud* μέσομ *eſſe, & poſſe capi tam in bonam quàm in malam partem. Eſt enim diuinatio ex ſignis & circunſtantijs in obſcurioribus diiudicandis ſingulare donum Dei, qua Salomon veritatem iudicabat inter mulieres duas. 1. Reg. 3. res certè & Iudicibus & Reipublicæ Magiſtratibus inprimis vtilis. Sed de Pythonico ſpiritu & de Gnoſte ſic cenſere volumus, vt ij Dæmonum vaticinia & deceptiones per fallacia & ambigua reſponſa ſignificent omnibus, quibus temerè aſſentire & vanum & inſanum eſt.*

DE EO QVI HEBRAEis dicitur Ob, hoc eſt, vtriculus, qui diſtorto vultu intumeſcit dum in eo efficax eſt Dæmon.

CAPVT II.

VIdeo placere doctis אוב *ſpiritum eundem eſſe quem* ἐγγαστριμύθον *& ventriloquum vocant, à Pythone parum differentem, in ſepulchris mortuorum & locis ſubterraneis habitantem, qui ſciſcitatus voce ſtridula reſpõſa edit de quo Acto.16. Huius generis falſæ prædictiones demẽtarũt multos, et in peßimos detraxerũt errores: hæc inordinatio videri poterit peperiſſe hæreticos Gnoſticos, qui iactabãt ſe omnẽ* τὴν γνῶσιν *accepiſſe, non cœlitus ſed ſpiritu impoſtore et vẽtriloquo: hoc conſultore verus cultus Dei contami-*

natus

natus eſt, & veræ voluptatis paradiſus עֵדֶן dictus, per illuſionem & analogiam vocis in ἡδονὴν fraudulenter verſus, corporis & carnis, præconio & laudibus extulit ludibrium. hic ſpiritus verè Cerberus eſt, nec niſi humano ſanguine ſatiatur. In Aaronis pectore lapides fulgorem emittentes ac radiantes certiorem faciebant Sacerdotem de voluntate Dei, per vrim hoc eſt, luces & ſplendores, de conſilio & volūtate Dei quid eſſet faciēdum, per thymmim de effectione et conſummatione: at hîc contrario modo res agitur: in tenebris & latebris agitur quæſtio de voluntate Dæmonis, iuxta illud, qui male agit odit lucem, fugitur aſpectus cœli, & in abditis locis & luce vacuis, cum principe tenebrarum de via perditionis paciſcitur: ſic ex tenebris iudicantur opera mala, vt ex fimbria iu-

*dicatur textura, & cynædorum instar
ex tali ventre viscus egeritur per sibi-
lantem & murmurantem Dæmonem,
quo multorum salus impeditur & ani-
marum iactura certò conficitur & con
summatur. De ijs antriloquis quid E-
thnici moris habebāt, sic accipito: Si-
mulachrū Mythræ tale fuit apud Per-
sas vt leonis effigiem præ se ferret, ti-
aramq́ue gestaret: Quæ quidem effigi-
es vtrisque manibus cornua bubula cō-
primebat, ad cuius sacra in antrum Sa-
cerdotes (vt olim Hiberni in Patricij
antrum) conueniebant, & Apollinem
clara voce Mythram vocabant, ac bo-
uem antro cornibus educebant, et My-
thræ immolabant. Olim excubabant
Christi fideles inter sepulchra in Poly-
andrijs & cœmiterijs expectātes mor
tem, & in spe resurrectionis futuræ
iudicium supremum: per hanc fraudem*

inter

inter ſepulchra dum è vẽtre tanquam ex vtriculo loquitur Dæmon, tollitur omnis de Deo fiducia, et fidei canon perit, et in tabernaculũ cordis prauus penetrat ſpiritus, & quibus cum Deo pugnet, ibi tentoria figit & arma. Germania ſi Iouiano Pontano homini docto credimus, ſi hiſtoriæ veritatis matri credere par eſt, nõ ita pridem ventriloquos habuit & vtricularios. Taceo virginem Canciam ſub Henrico Octauo, quæ fatidica dicebatur multis, & per vẽtriloquum paraſitaſtrum dediſſe in humum cadendo reſponſa ex vẽtre emuſsitata cum ſtridore. De hoc genere fuiſſe illum, qui inter ſepulchra excubans tranſeuntes lædebat & infanda deſignabat facinora, dæmoniacus videri poterit, quem Chriſtus Ieſus curabat et ſanitati reſtituebat. De hoc & legio, quæ permiſsione in porcorum

gregem intrauit. Sed de operibus tene
brarum ad quid attinet plura dicere,
cùm vel Gygis annulus apud Plato-
nem de illorum prauitate satis admo-
neat? Habebat enim ille palam, quam
cùm in volam conuertebat, ita in tur
ba latuit, vt à nemine videri posset, at
eandem vbi euertisset ad lucem, repen
te fuit conspicuus, & cùm ista annuli
opportunitate abuteretur, & quoties
voluit posset esse ἀόρατος, multa &
grauia perpetrabat. De ijs si quis pleni-
us scire cupierit, huic in manibus præ-
sto sit liber rerum gestarum apud He-
bræos quem מִדְרָשׁ vocant. Et quoni-
am de ventriloquis sermo incidit, non
alienum à proposito fuerit, si dixeri-
mus בְּמוֹשׁ qui Græcis dicitur κῶμος,
à quo Comœdia, temulentiæ Deus, Mo-
abitarum Idolum, huius item generis
fortè fuisse, & è ventre murmurando
ven-

ventris & gulæ atque Veneris suasisse opera, quæ tenebras optant, et lucem fugiunt.

DE IIS QVI DAEMONEM consulunt in crystallo, varias ostentantem imagines & res gestas.

CAPVT III.

EX Oseæ decimotertio per פְּנָבִים colligũt aliqui, Pythones habuisse suas imagines & simulachra Theraphim vocata, qualia et illi sæpius habẽt qui malũ genium consulunt in crystallo. Solebant antiquitus Prætorũ & Magistratuum decreta atque edicta in albo describi quod Græci λεύκωμα vocabant: Et hîc impostoris decreta in diaphano & translucido lapide per lucẽ

panduntur oculis, vt animabus suæ offundantur tenebræ. Optimum certè præstigium quo lux vertatur in tenebras, & naturæ opere impij abutantur ad perditionem. Sed quid commune est crystallo cum imaginibus, nisi quòd data opera fallax Dæmon, in hoc dæmentiæ genere ita vt in humanis etiã vnguibus, id quod reuera nõ est, esse tamẽ psuadeat credulo nimis et deliro Necromãtico et Goetico? Iam si ad iustã bilancem expendatur res ipsa, vt quãtũ noceat Reipub. Christianæ hæc pessimorũ hominum colluuies, euidẽter cũctis appareat, expẽdat Christianus lector, hanc fraudem Dæmonem hodie maximè moliri vt lucem sanctæ doctrinæ iam mirabili dono Dei renascentis extinguat, & tollat è medio. Nemo enim doctus aut prudens hanc machinam & detestandam imo mendacem

diui-

diuinandi viam attentat, sed quanto quisque imperitior atque indoctior est, tanto citius hoc Dæmonis laqueo capitur & tenetur. Nam vt lux veræ doctrinæ fugat Dæmones, ita tenebræ doctrinarum Dæmones alliciunt. Video placere Rabinis Hebræorum, patres antiquos Sanhedrim hoc est, concilium & iudicium magnum admisisse neminem, nisi Magiæ peritum & gnarum septuaginta linguarum. At isti impostores & diuinaculi, dum Magiam profitentur, veram & summam Naturæ notitiam contaminant, & sub sanctæ Magiæ nomine artem Diabolicã merito suo prohibitam, suis malefactis indocto commendant popello, & imperitia omnium linguarum, primas sedes in concilio venantur. Verùm si Deuteronomij decimumtertium legatur caput, ibi disertis verbis significatũ est,

quomodo et quatenus huiuſcemodi pro-
phetis acquieſcere debeamus, qui mul-
tos à vero & vnico Deo auocant, vt
Dæmonibus complures per mendacia
lucrifaciant. Omnis de Deo cœlitus re-
cepta doctrina quam Paulus ἀποδοχήν,
Hebræi Cabalam vocant, quæ ſub no-
mine Hierophiles & Sibyllæ quam
Διὸς βουλήν vocant, hoc eſt, Iouis & Dei
voluntatem nobis commendauit anti-
quitas: hoc ariete fere in terram vſque
concidit, & ſummi Dei ſanctum nomē
אהיה quod Exodi tertio iuxta Iohan-
nis in Apocalypſi interpretationē, tri
um temporum differentias in ſe conti-
net, præteriti nimirum, præſentis &
futuri, ad fraudem faciendam recipi-
tur. Sed ſit hîc Cryſtallos id quod ſuo
nomine ſignificat, glacies, vt ad diuinū
calorem iam in hominum cordibus ſu-
as agentem flammas eliqueſcat, & e-
uane-

ſcat protinus : Et de κρυσαλλομαντεία, ex cryſtallis fabrefactis atque expolitis & obſeſsis à Diabolo, hæc pauca dixiſſe ſufficiat.

DE STYCHIOMANTIA id eſt, de carminibus & faſcinatione.

CAPVT IIII.

QVanta ſit vis carminũ vel aſpis, quam Hebræi פֶּתֶן vocant, hoc eſt imperſuaſibilem, natura ſua oſtendit, nam is ne audiat vocem incantantium, aurem ſuam obturare dicitur. Virgilius item in Pharmacentria eorum non minimam vim prædicat. At ſi quis hîc quærat qua dialecto maximè capiuntur Dæmones, ſciendum eſt Hebraica, id quod per dæmoniacos apertum eſt, qui non ſua, ſed Dæmonum

num inhabitãtium dialecto loquũtur, quæ eadem atque vna est Angelis & Dæmonibus: at in religione quaque barbaras voculas multum habere momenti non ita pauci fatentur, hinc incantationes talibus concinnare oportet quæ aut nullius dialecti propriæ sunt, aut maximè Hebraicæ, sed quã verè videat Cornelius Agrippa, qui in quarto libro suo de Cæremonijs Magicis affirmat Adamũ audiuisse Y et V, Loth Agla, iach Iacob, nomẽ Anephexeton, Aaronem & Mosen nominaβe Zebaoth vertentem Aegypti flumina & paludes in sanguinem, & Esterohie Oriston, quando ranæ ascendebãt in domos Aegyptiorũ: Eliõ, quòd grandines: Adonai, quòd locustas, ἄλφα & ω μέγα nominauit Daniel destruẽs Beel et Dracone: Emanuel tres pueri in camino iguis. Omnia hæc quoad voces

& ver-

& verba nihil habent efficaciæ, nisi etiam accedat pariter cũ vocibus Dæmonis aspiratio et assensus. Sic enim habet Chrysostomus: Verba sacerdotis ore proferuntur, Dei autem virtute cõsecrantur et gratia, & Magici susurri si quid habent efficaciæ, id occultæ virtutis habent à certa fiducia in Diabolum. Nam sermonem Dei scimus esse duplicem, operatorium et indicatiuum: & vbicunque operatorius sermo fuerit, id scriptura non tacet, vt dixit Deus ab initio fiat lux, & mox subijciunt scripturæ, et facta est lux: Sic de aqua in vinum versa, & de Mosis virga cõuersa in colubrum. Ita incantamenta eatenus sunt operatoria quatenus illis virtutem attribuit illusoris præstigiũ. De fascino sic censere debeamus, quòd lippi & rubentes oculi, radij sui emissione eos quos vident, eodem morbo

cogūt laborare, ideo quia radius ab oculo emiſſus, vaporem ſpiritualem ſecum trahit, & vapor ſanguinem, cuius contagione oculus ſpectantis inficitur. Octauius Auguſtus oculos tam lucidos habuit, vt cùm acrius quemque intueretur, cogebat eum quaſi ad ſolis fulgorem oculos ſubmittere. At quando faſcino verbum deductum videatur à βασκαίνω, quod inuidere ſignificat, adeò vt faſcinum nō facilè fiat ſine inuidia, quā expulſa charitate ſuppeditat liuor maligni ſpiritus, facilè concedendum eſt, nihil poſſe Magum faſcinare, niſi id inuidia curioſitas concedat & annuat. Atq; ideo de carminibus hæc pauca ſufficere poterint, ſi lectorem admoneamus furorem poeticum primùm fuiſſe à Dæmonibus inſpiratum. Nam ij qui in bicipiti Parnaſſo ſomniaſſe ſe prædicant, per hiatum diuina-

tionis

nationis virtutẽ se suam traxisse ostendunt, nam Parnaßi vox à parai hiatus, & nahas auguriũ Hebraicè certò deduci doctis indubiè videtur. Et omnia oracula Apollinis et Dæmonum, nõ oratione soluta, sed carminibus semper dabantur.

DE PACTIS ET CONuentionibus inter incantatorem & Dæmonem.

CAPVT V.

QVando hoc certum est eousque Dæmones condicere operam suam confœderatis suis, quousque vel placet stare promißis, vel Deum indulsurum prouident, quis de icto fœdere dubitat inter coniuratos? At quando ita se res habet vt cum Deo fœdera non percu-

percutiātur, nisi cum sacrificio, laudis maximè, et contriti cordis, teste Psalmo quinquagesimoprimo & quinquagesimo cuius verbis, Si videbas furē et currebas cū eo, impij ad furtū (vt aiūt) explorandum et manifestandū abutuntur, neque hîc paciscitur quicquam nisi cum sacrificio & suffitu accommodo, & tam diu seruitus præstatur, tam diu ministerio et postulatis statur, quādiu cor hominis confœderati Diabolo captiuum fuerit & alligatum. Et hinc est quod aiunt quidam rusticam quandam simplicitatem, & credulitatem in omni religione valere plurimum, adeò vt si quis minus intellecta cum credulitate et fiducia incantauerit, voti compotem esse talem asserant, et re ipsa id præstare non dubitent, quod ex officio tali & ministerio fieri consuetū est. Iam si hîc de parasceues et præparationis

rationis ritu, de delira ſtultitia, et per-
nimia expiatione, cuius modus erat in-
tegræ lunationis et Cabaliſtis quadra
ginta dierum, multa et opportuna di-
ceremus, circa ſatis nota luderemus o-
peram. Omnia idola aſſerunt docti, nõ
alia de cauſa Hebræis vocari Baalim,
quàm quod illorum dominẽtur, qui ea
ſtultè & impiè colunt & venerantur.
Sic hîc quæritur ſpiritus familiaris, vt
nimia familiaritas contemptum faci-
at, et non tam ſpiritum homini aſsi-
ſtentẽ hominẽ ſpiritui impoſtori aſtri-
ctũ, & obligatum. Aiunt ab harũ du-
arum vocum cognitione חאמין & נאם
quarum prior πιςὸς ὁ λόγος dicitur, ſe-
cũda aſſenſus et fides, totã ſcripturam
pendere, ita hîc fidelem dæmoni ſi ſer
monẽ feceris, & cũ fide de pactis præ
bueris aſſenſum, tota negotij ſumma
ſatis ſuperq; tranſigitur. At ſine aſſen

su actum agitur: hîc etiam, si Dijs placet lustralis aqua, quàm quod illius aspersione leuiora tolli peccata stulti autumabant aquam benedictam vocabãt, quæ gratia Christi, & illius Spiritus expurgator omniũ sordium, delet, ab vsu aquæ aspersionis Num. 19. teme re recepta, in hunc vsum etiam vertitur, vt Superbia, quæ ligno Cedrino intur, vt Superbia, quæ ligno Cedrino in aspersorio figurabatur crescat, & humiliatio, & criminũ cõfeßio, quæ designabantur per hyssopũ, pereant et tollantur, & peccatũ quod coccineo prædicabatur filo virtutis & boni locum obtineat: in omnibus ijs, qui hæc impia designare satagunt. Quare hanc impietatem fugere debeat populus Dei, & quãuis misera prematur paupertate, non est cum ira Dei quærendus thesaurus in terra conditus, quoniam melius est populos per Deũ graui & dura pau-

per-

pertate affici, quàm ex peccato ad tẽpus percipere voluptatem. Non temerè est, quòd Proserpina aut Pluto quod aurũ è visceribus terræ effodiatur, Dis dicatur: at per peccatũ, et Dei offensam ditescere non sursum, sed deorsum tẽdere est, atq; de ijs hactenus.

DE IIS QVI SVPERSTItiose eligunt & obseruant dies quos Hebræi vocãt Meonim.

CAPVT VI.

מְעוֹנֵן, inquiunt Hebræi, & tẽpora, et horas, dies, et momenta dierum, obseruat: hũc diem pro fausto, illum pro infausto reputans: hoc delirium induxisse Magos aiunt, adeo vt iam Magi nomen abusiuè malè audiat. Nam vt Hebræi per השם sentiunt Deum simpliciter intelligi ob summam reuerentiam nominis יהוה, sic per

Magum superstitiosum Exorcistã, et Necromaaticũ curiosum intelligũt. Balabam aiunt quidẽ Pethorab fuisse vocatũ & ad eum vndiq; dedisse Reges suas literas, & in omnibus obscurissimis rebus eũ interrogasse, quòd somniorum interpres esset, et eundem aiũt è Chaldæa euocatum vt filijs Israel malediceret. Et hodie nihil non quæritur ab his qui dies & horas supstitiose aiũt se obseruasse, et inde horæ planetarũ & noctem et diem sorte sua diuidunt, vnde Saturni dies, Iouis item, Martis, Solis, Veneris, Lunæ & Marcurij nomẽ habet, quæ ab initio diei solius nomine appellanda venerat. Hæc superstitiosa obseruatione dierũ Longobardis Mercurius dictus est Vuoda pro Goda hoc est Deo, & dominus huius dictus est Here Mõ qui lunæ exactius nouerat circuitus et periodos, et qui Mer

curij et scientiæ munere cæteros ante-
ibat Herman homo Mercurialis. Et
tandem huc res declinauit apud popu
lum & insanum vulgus, vt nihil prius
aut antiquius habeatur pro ædiũ stru-
ctura, pro regno, et imperio inchoãdo,
pro gerendo bello, pro pactis, pro itine
ribus, pro matrimonio, quàm Meonẽ
et obseruatorẽ consulere. Baal Zephõ
idolum arte Magica obseruabat, &
retinebat seruos ex Aegypto fugiti-
uos. Turcæ quoq; incãtationis quoddã
genus habent, quo inuitos retrahunt.
Nomẽ serui in schedula scriptũ suspẽdi
tur in tabernaculo, vel domicilio serui:
deinde diris verbis & deuotionibus il-
lius caput impetũt: deinde fit vi Dæmo
niaca, vt fugiens putet sibi in itinere
vel leones vel dracones incurrere, vel
mare vel flumina contra se exundare,
vel omnia tenebris nigrescere, ijsq́ ter-

riculis repulſus ad herũ redit. Et haud diſsimilia aiunt ſe perficere poſſe ij, qui de temporibus, de momẽtis, de diebus, & horis rogati pro furto & ſeruo fugitiuo, quoties et vbicunque certo precio conducti operam ſuam pollicentur. Atque hinc euenit quòd tales obſeruatores hodie vulgo ſapientes vocentur, cũ vel Moricho ſtultiores ſint: A talibus geniturae dominus, et cõſtellationis fatũ quod Hebraei Gad appellãt, quo nomine Arabes ſtellam Iuſticiae appellabant quaeritur, & ex horae, & momẽti obſeruatione, dominũ fortunae, et totius vitae tenorẽ eliciunt, cuius exitus in manu Domini eſt, qui ſuos vel in medijs periculis non deſerit qui eum gemitibus ſuis inuocant: pro alliciẽdo amore, pro honore comparando, pro fauore principũ, pro congreſſu, ita ſeſe omnia obſeruare promittunt, per

deſcri-

descriptũ digramma, et thema mathematicũ, vt vocãt, ita quòd eis tanquã sacerdotibus et sapiẽtibus fides à vulgo habeatur. Quare ab ijs fortunam petere, & omnium rerũ successum & exitũ operæpretiũ esse videtur. Sed quisquis hoc agit triplicem reuera ille experietur fortunã, vnam cæcã quæ vbilibet se impingit, aliam insanã, quæ si cito concedat, cito aufert: tertiam surdam, quæ miserorũ preces non exaudiet. Nam tales vt emungant pecuniam sub mendacio prudentiam venum exponunt & insensatos fallunt sæpius quàm pollicita & promissa præstant.

DE IIS QVI PVNCTIS & figuris, numeris & sorte diuinant, cuius generis hominẽ Hebræi vocãt Menahesch.

CAPVT VII.

Video placere Gasparo Peucero homini doctissimo auctorẽ et gubernatorẽ totius diuinationis Geomãticæ per pũcta, figuras & numeros esse diabolum, illius etiam animo cedit Arithmãtciam à primis artificibus, toti Numerorum doctrinæ tribui, & Cabalam de מֶרְכָּבָה· quã Ioannes Forsterus in Dictionario Hebraico interpretatur vecturam, prouidentiã Dei, gubernationem vniuersalem & omnipotẽtiam diuidi in ἀριθμαντείαν, quæ de Angelorum et Dæmonum naturis, de eorum nominibus & signaculis, & in θεομαντείαν, quæ altiora ad Deum pertinentia tractat, profanatis & pollutis sanctissimis Dei nominibus. At quando Hebræis placet, & Paulo Fagio in Thargum מיוחש augurem esse diuinantem de bucella de ore cadente, de baculo ex manu in terram deci

duo,

duo, ex coruo clamante ad eum, ex filio retrorſum vocante aliquem, ex ſerpente à dextris, ex vulpe ex ſiniſtris, dicentem, hodie ne auſpiceris, hodie nouiluniũ eſt, hodie finis eſt ſabbati et ſimilia, videbitur Menaheſch nõ multũ à prædicto obſeruatore diſcrepare. Verùm de diuinatione per numeros, vt de ſeptenario multi multa fabulantur, & Plato in octauo πολιτειῶν *Arithmeticum vaticinium de periodo Imperiorum ſic fabricat, per 435. diateſſaron & diapente fiunt, quæ iuncta diapaſon complent, & ſeſquitertia et ſuperbipartiẽs tertias additæ integrũ abſoluũt, atque id tripla cubica ratione excreſcẽs in ſolidum, ſunt Imperia, quorum, vt ille coniectat, periodus eſt 216 annorum. Sed hæc Phyſicam rationem non habent, vt ſphæra Pythagoræ, Platonis & Apulei nulla nituntur*

ſolido fundamẽto. Et quãuis in nume
ris multa lateãt myſteria, ea ſola ꝓbã-
da ſunt quæ cũ ratione et veritate ana-
logiam habẽt. In literis etiam ſunt ab-
dita quædam, ita vt propter morũ imi
tationẽ viris bonis per ſpiritum noua
imponantur nomina, vt per literam ה
additã nominibus Abrahami et Saræ
liquet, ſed talia abuſum non admittũt.
Sortibus etiam in legitima cauſa vis
diuina annuit, verũ ad abominationẽ
et offenſam hæc et huiuſmodi trahere,
bonis & pijs negatum eſt. De bar-
baris vocibus et nominibus ſuperius di
ctum eſt, quarũ dialecti (aiunt aliqui)
nomina ex ipſa rerum natura habent
deprompta, atq; ideo preces ſacras effi
caciores eſſe putant homines, ſi nomi-
nibus barbaris conſtẽt. At ſi donemus
barbaricas eſſe linguas omnes præter
Græcam linguam et Latinam, tamen
Hebra-

Hebraica lingua, qua totum humanæ ſalutis negotium comprehenditur, vt omnium prima & antiquiſsima, ſola pura eſt, & rebus nomina ex earum natura deprompta emphaticoterῶs impoſuit, hic Adamo à rubicunda terra nomen impoſitum eſt, & inde Latinis homo ab humo dicitur. Ideo Chriſtus Iheſus veritatis dum ſtruere voluit aſſertionem ſuis diſcipulis Amen dicere voluit, & hoc nomen צְבָאוֹת *tantùm pluraliter, nomini diuino attribuitur, & nunquam ſingulariter, eo quòd Domino Deo militent Angeli, Deum glorificando, & miniſtrando Eccleſiæ Dei, deinde Sol, Luna luce, calore, & influentia: tertiò filij Dei contra carnem, peccatum, mundum, Diabolum, Zebaoth, dicũtur propter quod myſterium putat Hieronymus eam*

eam vocem in aliam linguam non esse transferendam.

DE MAGO DAEMONIACO QUI PER DÆMONIS PRÆSTIGIAS ALIQUID OPERATUR & EFFECTŨ PRODUCIT QUEM HEBREI VOCANT MICASEPH.

CAPVT VIII.

EXodi caput octauũ satis declarat, quãtas præstigias per Magos incãtationibus suis præstare poterit Dæmon, & quàm nihil poßint Magi præstare vbi præsens digitus & manifesta potentia Dei virtutem suam exerere conabitur. Nam ipsi Magi fatebãtur in pediculorũ productione, ex pcussu pulueris terræ, per virgam Aaron, (vt paraphrastes Chaldaicus habet) eã

plagam

plagam fuiſſe à facie Domini, hoc eſt, à virtute diuina, & non ab arte Magica, has præſtigias puniturus certè Dominus eſt. Nam cùm ſit Græcis placitum ἀδραστείας, hoc eſt, Iouis & neceſſitatis filiæ, Iudicis inquam, & vindicis conſtitutæ, quæ in ſummo loco conſiſtebat, prouidebatq́, ne elaberetur aliquis malefactor & pœnas declinaret, tres fuiſſe aſſeclas ποινὴν quæ leuia puniret, δίκην quæ acerbiora, & ἐρύνυν quæ grauiora, cùm hoc genus fallaciæ non minimum damnum adferat populo Dei, & ad idolomaniam moueat inſanum vulgus, vindictam & Dei iram certo certius patietur, & ſpiritu oris illius confundetur. Et quod ad vocem Mecaſeph attinet, eam ait Gaſparus Peucerus, & Magos et incantatores denotare, cognatæ enim ſunt (vt ait) artes Magia et incãtationes, et vtræ-

que etiam alibi iu ſacris literis vocantur Melaheſim, à verbo lahas, id eſt, ſuſurrauit, quòd occulto murmure, & recitatione certorum verborum, velut per ſuſurrum, vel cũ obuerſantibus ſibi aliqua ſpecie colloquebantur Dæmonibus, vel exequutionem flagitabant, conſummationemq́ue operum quæ intendebant, hæc illa liber quidam cui nomen eſt Elogia doctorum virorum ſcribit Cornelio Agrippæ ad multos annos Dæmonem ſub forma nigri canis dediſſe reſponſa & illius perpetuũ fuiſſe comitem, & indiuiduum ſodalẽ, cui tamen alios non vulgariter doctos viros diſſentire video. Sed hæc Dæmonum opera certò fuiſſe geſta Dominicus Cyllenus Græcus apertè declarat: pugnãtibus Locris Aquila ab acie nũquam receſsit, eosq́ue tamdiu circum uolauit, quoad vincerent. In cornibus
quoque

quoque duo iuuenes diuerſo à cæteris armorum habitu eximia magnitudine, albis equis, & coccineis paludamentis pugnare viſi ſunt, nec vltra apparuerunt quàm pugnatum eſt: & Caſtorem & Pollucem Romanis copijs apparuiſſe etiam legimus: hæc & huius generis plura Dæmones Magorum opera vtcunque ſufficere ſolent, huius etiam nefariæ artis ope adiuta venefica Licia detrahit è ſtamine, quæ in maleficijs efficaciam habere creduntur, ſeptenis nodis alligata, ſic vt ad ſingulos nodos, viduam aliquam nominet, quæ Licia fila remedio eſſe exiſtimantur morbis inguinum. His contrarij ſunt exorciſtæ, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Chriſti nomine Diabolos eijciunt: nam ἐξορκίζειν *eſt interpoſito iureiurãdo et Dei authoritate præcipere et cõiurare. Cro-*

merus

meres in Lithuanorũ annalibus Tataros in bella prodeũtes affirmat Dæmonũ ope mira aduersarijs suis in oculos et faciem obijcere. Olaus item magnus Gothicam gentem super eisdem accusat. Sic solet author et princeps tenebrarum sese conuertere in Angelum lucis, et in Dæmonium meridianum, cùm animabns intentet periculum, et non minus negotium faceßat quàm sagitta volãs in die: Paulus in priore ad Theßalonicenses, partitur hominis animum in tres partes, in summam ac Deo proximam quam vocat spiritum, in imam qua trahimur ad turpia quam appellat corpus, in animam mediam qua diligimus parentes: vt omnes has animi partes inficerẽt Valentinus et Marcion, vocabula ex Magia notoria huc traxerunt: qualia sunt, Barbelon, Armagil, Lensibora, Sator arepo te-

net

net opera rotas & ſimilia, quibus adhibita fide ſolida, præter rationem Magi præſtigijs Dæmonum vſi mira & obſtupenda operantur. Talibus portentis infamabatur locus de quo Apocalypſis 16. arma Geden, hoc eſt, aſtutia excidij, ad quem fraude Dæmonum adducebantur Reges & Principes vt excidio perirent, huius augurijs imo hydræ potius nefarijs artibus grauiter vulneratur pura & ſancta religio quæ propriè & timorem Dei cum animi trepidatione & cum reuerentia coniunctum habet, & εὐδοκία hoc eſt, propenſa animi voluntas, & gratuita Dei cum hominibus reconciliatio peſſundatur, & τὸ γράμμα hoc eſt, tabula & obligationis inſtrumentum (vt vocant) vltro datur Dæmonibus. Ad hunc modum πανουργία & ad malè agendum ſolertia quædam, longo vſu,

*et tractandis rebus communibus quæ-
sita, calliditas dicta Latinis impo-
storis, qui ab initio protoplastum
decepit, etiam sæculum hoc nostrum
dementat. Hieronymus in Esaiæ
sexagesimum quintum caput, ait im-
pudentes Persarum Magos discipu-
los in medijs adytis Christianorum
post tot elapsos annos inueni, qui
Basilicas declinarent, & in sepul-
chris latitantes habitare gauderent,
& hodie abditus locus quæritur per
deuia per triuia vbi conscriptis cir-
culis sub nocte intempesta per sacrifi-
culos cum libellis tenebrarum, huius
malignæ fraudis negotium peraga-
tur, &* κυριακὸν *quod non aliud est,
quàm Ecclesia Dei, vertitur in spelun
cam latronum, imo principalis poten-
tia mentis & animi, cuius iustum ob-
iectum Deus est, in perpetuam & hor
ren-*

rendam trahitur dubitationẽ de Deo, dum ad hunc modum per ſuos cultores ludit Dæmon, hinc Idolamanijs, inde Epicureiſmo et operam impiam: ſed de Micaſeph hæc hactenus.

DE IIS QVI CONTEMplatione partium cœli diuinant & cantu atque volatu auium de futuris decernunt, cuius generis hominem Hebręi vocant Hober.

CAPVT IX.

ASTrologi qui ex aſtrolabij cuiuſdam plani directione iudicant, aut per aſtrolabia correcta (dũ ſtellas & partes cœli contemplantur præter rationem futura pollicentur) ſunt, in quos leges aniamduertere debeant.

quoniam malam φαντασίαν, hoc est, fal
si persuasionē et impulsionem credēti-
bus et credulis inducūt, et dum neces-
sario prædicāt euentura, Deo adimūt
potestatē dirigendi suas creaturas. Nā
diuinatio doctis est, alicuius rei affir-
matio, quæ neque ex causis, neque ex
verisimilibus signis est collecta. Et
quoniam Mathematices vsitata κατά-
χρησις est, vocantur etiam Mathema-
tici qui prohibitas diuinationes exer-
cent: Auguria item quantumuis inter-
dum licita, dum causas habeant natu-
rales, vt dū de cantu gallorum discerni
mus tempora, cùm naturalibus causis
non nitantur legum cēsuræ subiacent.
Et quamuis in lege Moysi omnes cau-
sæ qualescunque fuerant, ad seculares
Magistratus pertinebant, propterea
quòd non habebant Magistratus Ec-
clesiasticos, quia tribus Leui tantùm
ora-

orabat, & sacrificabat, non exercebat iudicia, hodie ad Iudices spirituales pertinet de talibus suam ferre sententiã, et huiuscemodi ab erroribus suis reuocare. Nam quæ per incantationẽ, & per proiectas fabas, aut numero pares aut impares fit electio, tam prohibetur de iure, quàm quæ necessitatis causa fit sortitio in hereditatis diuisione, legitimè admittitur & recipitur. At huc insaniæ deuẽtum est, quòd hanc mouere Camerinam spirituales venantur, vel hoc Dauidico dicto moniti: Noli æmulari in malignantibus, quo tanquam pulcherrima parænesi damnat diuinus spiritus illud quod potissimum trahit in flagitia, nempe fœdum exemplum, quod aput ipsi præbemus alijs, aut inconsulto à peccãtibus, recipimus vel quòd ipsi tãtis delirijs suum calculũ addant, vel quòd ignorãtia

ſua tanquam negotio perambulante in tenebris lubentes cæcutire velint. Nam dum ſcrutantur machinam illam cœleſtem, in cuius ratione peruestiganda, etiam cum ſæpe excrucientur Philoſophi, quæ arguit incompræhenſibilem auctoris intelligentiam, in errores ſeſe ſacrificuli præcipitant, & ſuis vanitatibus palpum obtrudunt vulgo. Sed impij cùm ſpinæ ſint, non proficient tamen in raamum, hoc eſt, ad deſtinatam animo malitiam explendam nō peruenient. Nam dum tabulam ſphericam vnciatim decuſſam ad aſſem cœli (vt aiunt) formant, non alicuius rei certam veritatem, ſed meras ſuas coniecturas docendi tantùm gratia inuentas, nonnuquam præter rationem iactitant, & Geometrices demonſtrationes ſcientificas & irrefragabiles quas vocant γραμμικὰς

ἀνάγκας

αἰνάκας, tam non ſapiunt et non intelligunt, quàm qui minimè. ij ſunt qui eruditiſsimam de aſtris Philioſophiam, quam veteres Magiā vocabant errori bus et mēdacijs ſuis contaminăt. Tales tam ſibi dementia ſua placent, vt Vrania videatur illis aſtra, ſicut Vlyſsi nauigaturo ventosō nes (dicitur Aeolus) in vtrem contruſos, in manum dediſse vt illis pro ſuo arbitrio vtantur. At iam de augurio plura dicturos operæprecium ſequetur, ſi vel antiquiſsimos poetas homines certè Philoſophos & rerum naturalium amantiſsimos qui ſe in bicipiti Pernaſſo ſomniaſſe dicere auſi ſunt, hac ſentina commaculatos dixerint. Nam Parnaſsi vox à voce Hebraica Nahas deducitur, quæ vox augurium ſignificat, à voce Parai hiatus, & nahas, id eſt, hiatus diuinationis:

bober quoq; Hecraicè חֹבֵר non tantū augur eſt, et oſcines aut præpetes indicans, ſed coniurator qui incantationibus animalia coniurat, & reptilia venenata, aut res alias vt adſint ſimul, Deuteronomij decimooctauo, Pſalmo quinquageſimooctauo, hinc aſpis dicitur obturare aurem ſuam vt non audiat vocem incantantium, de Ceuan imagine ſtellæ Saturni, pro qua ῥέμφαν in actibus legitur, oſcitantia ſcribarū ſimilitudine K & R deceptorum rimphā ſcribant pro כִּיּוּן, parum dicimus, ſed multorum deteſtatam ſuperſtitionem alijs penſiculandam relinquimus, & de hober hæc ſufficiant.

De ijs

DE IIS QVI SEPTEM planetis quos Hebræi Mazoleth vocant, honorem tribuunt.

CAPVT X.

PErsuasum fuit multis ijsque præstantissimis Rabinis omnem fortunam, atque adeò fatum ipsum non aliunde quàm à planetis pendere, vt nouiter nuptæ dabatur ānulus cum hac inscriptione מַזָּל טוֹב *Mazal tob bona fortuna, bonus planeta, causam pro effectu ponentes. Alij item imperitia linguæ Hebraicæ ducti hoc nominis Mazoleth duodecim Zodiaci circuli signis attribuebant, Assem Zodiaci integrum sic vocantes, nam duodenariæ signiferi partes et Zodia, propter cōfirmationes* ἀστερισμῶν *qui in zodiaco notati sunt, illis animātibus (vt aiūt)*

in prædicendo aliquid certi significãt, quorũ effigiem gerunt, et proprietatẽ reddunt illi animanti familiarem. At cum sint hæc vniuersalia agentia Physica, quorũ actiones in priuatos & singulares, sunt fortuiti euẽtus: non sunt tales cum timore & reuerentia obseruãdæ, vt quas humana diligentia impedire poterit, iuxta eum qui dixit sapiẽs dominabitur astris, et iuxta Agathonem Græcũ qui dixit, artẽ fortunã adiuuare, & fortunã artem. Cuius rei prouidẽtia verisimile est Iaphet filium Noæ natu maiorem primũ apud Aßyrios Astrologum Græcis vocatũ fuiße Prometheum. De origine vocis Mazoleth sententiam ferre liceat ex 4. Reg. 23. cap. quæ vox errantes propriè significat, vnde erronũ et planetarũ nomina recepta sunt, vt Ioannes Isaac Leuita Germanus testatur. Rabbi

bi Abẽ Ezra in cõmentario ſuo in Decalogum, de planetis ſic habet, dicunt experti ſapientes quòd Saturnus & Mercurius ſint ſtellæ nociuæ et maiores dixerunt, quòd conceſſam habeant facultatem in quartis noctibus incipiendo à die Solis, & Sabbatinis noctibus: non autem per ſingulos hebdomadæ dies, noctem continuando diei, quibus dominium habeant iſti duo nociui, præterquam diem iſtum Sabbati, vt ſcias prorſus indignum eſſe, vt homo occupetur in eo rebus mundanis, ſed potius in ſolo timore Domini permaneat: hæc ille. Et dum ſupra, mandata diligentius excutit, ait, hoc dictum non facies tibi ſculptile, dictum fuiſſe proter adorantes Reginam cœli, hoc eſt, machinam cœli, cuius quadraginta octo figuræ ſunt, quia putabant quòd à ſuperiobus poterant dimittere

re virtutē aliquam ad hæc inferiora, à qua opinione characteras & imagines in horis electis compositas, suam efficaciam habere credunt, de sidere rempham quam alij etiam sidus & stellam Veneris interpretantur, dictum est superius, Iudæi non capiebant cibum diebus illis quibus ieiunabant, nisi prius viderant Hesperum exortum, naturali parti Astrologiæ omnis doctorum turba suum iustum honorem tribuit. At iudicijs non habentibus Physicam rationem nemo sapiens non detrahit, quoniam à Iudæis profectā insaniam plusquàm magni faciunt, & deliria Iudæorum tanquam oracula pro veris suscipiunt, qui audent asserere lunam quam splendoris expertem confitētur omnes cū ipso sole æquali lumine à Deo iam olim creatā, sed cū de sole apud Dominū contumeliose esset

*locuta, ea pœna affectã eſſe, vt niſi ſo-
lis beneficio luceret nunquã. Ex aſtro-
rũ et planetarũ ſuperſtitioſa & curio-
ſa obſeruatione Idololatriã primûm ir
repſiſſe credibile eſt, & pluribus eti-
am aliquantiſper perſuaſum, quanuis
aliorum iudicijs magis ſit veriſimile
ex ſanguine & maiorum nimio amo-
re atque admiratione fluxiſſe bona ex
parte idolomaniam, quoniam Eſaiæ
trigeſimooctauo legitur, Senacherim
πατεάρχον quẽdam, id eſt, patriarchã
vel patronum adoraſſe. De menſis pla
netarum hîc aut minium aut nihil di-
cendum arbitramur: & de characteri
bus tantundem, quos impia fanatico-
rum hominum ſedulitas deformauit,
& quos propter ignorantiam elemen-
torum linguæ Syriacæ, veterum figu-
rarum in libro de occulta Philoſophia,
tenui tantûm veſtigio, ex Ioannis Tor*

reſij

sij Hispani, & Bellisarij Petrucij Bibliothecis Magicis, furto subducta reliquit Cornelius Agrippa. Verum addamus quòd scriptura sacra honestißima appellatione fixas stellas (quæ velut in statione sua perpetuò manēt & eādem ad se inuicem, & hæc inferiora distantiam retineant, atque aliæ post alias ordine certo, sole perpetuo tanquā duce progrediente , supra horizonte producantur , & cum quinque planetis solis & lunæ efficaciā, & influēdi in hac inferiora vim , nunc augeant, nunc minuāt, & variè omnimodò intēdant , sedent, acuant, aut obtundant corporum humores & qualitates ex quibus constamus) pro sibi diuinitus attributo, velut in acie, loco, militiæ cœlestis, in genere indito nomine, ornet, nō est huc tamen rapienda hæc virtutū et influentiæ auctoritas vt in superstitio

nem

nem vertatur. Orionē nouit Iob quem Hebræi Kesel vocãt, nouit et Amos, nouit Iob & Kima, hoc est Pleiades nouit Mazoleth, sed citra superstitionē. Quapropter hæc pauca nouisse sufficiat de Mazoleth.

DE NECROMANTIA quid sit propriè apud Hebræos. CAPVT XI.

NEcromantiam hinc dictam esse volunt, quòd animæ mortuorum non euocentur absque sanguine, vel appositione alicuius partis corporis sui relictæ, eò quòd animæ cognitis medijs, per quæ quondam corporibus suis coniungebantur, per similes vapores, liquores, nidoresq; facile alliciuntur, atque hinc in euocationibus vmbrarũ, fumigant cum sanguine recenti, cum oßibus mortuorum & carne, &

Νεκρομάντες non à mortuis ipsis, sed à Dæmonibus illorum habitu vestitis responsa accipiebant, quibus & confines erant σκιομάντειαι vmbrarum euocatores: huc referri debeat historia euocati Samuelis per Pythonissam in Eidor: huc Magi adumbratio qui Iuliano Apostatæ suam operam condixisse dicitur euocatis malis spiritibus qui ad signum crucis disparuerunt. Et quòd Magi diuinorum nominum appellatione, mira prodigia efficere videantur, id fit Cacodæmonis præstigijs qui in ea superstitione homines retinere cupit, id quòd manifestè apparet Actuum decimonono, vbi ipse Satan non mouetur infidelibus exorcistis, quibus respondet, Iesum cognosco, et Paulum scio, vos autem qui estis, virginibus item & immaculatis apparent Dæmones euocati, non quòd ipsos ament,

ment, sed potius vt euocantes eludant & decipiant. Theodorus Beza in acta Apostolorum opinatur verisimile esse, vocabulũ Elymas syriacê id ipsum esse, quòd Lucas interpretatur ὁ μάγος & ita vocatũ esse à Cyprijs Syrijs vicinis Bariesum : per antonomasiam, vt cum dicimus τὸν ἀπόστολον, Paulum intelligimus. Ita vt Elymas sit Dei consiliarius, ab אל & יעצ id est consiliarius. Nam informandis proprijs nominibus sæpe צ cũ ס mutatur. Hebræi etiam per Siruph, hoc est, literarum reuolutionem, hùc suam operam condicunt, qua: מיבים maria significat, יסבס: mare excelsum, & per Decem numerationes (quæ sunt Hebraicè corona, sapientia, intelligentia, clementia, fortitudo, ornatus, triumphus, cõfeßio laudis, fundamentũ, et regnum) mira pollicentur, et ex decimo quarto

capite Exodi, septuaginta intelligentiarum nomina ad hoc propositum inuestigant, apponendo cuiuis dictioni aliquod receptum & vsitatū Dei Nomen. Huius infamis artis mysteria principaliter in Hebraica lingua latent, secundariè in lingua Syriaca, quòd ant eexilium pauci linguam Syriacam, omnes Hebræam tenebant, id quod etiam sic liquet, dū Rabsaces hebraico sermone multa contumeliarum & conuiciorum plaustra, ex muris vrbis Lachis, audiente populo, in Deum Hierosolymitanorum & Ezechiam Regem diceret, tres Ezechiæ legati, principis orationis Rabsacem rogauerunt, vt Syriacè, non Hebraicè loqueretur, ne populus exaudiret. Neq; mirum est dæmones & vmbras sic euocatos facilè comparere quando in aere circumuolitent, & versentur.

Quod

Quod eis dominium tribuit Paulus, cũ Diabolũ τὸν ἀρχόντα τῆς ἐξȣρίας τȣ̀ ἀέρος vocat, hoc eſt, principem poteſtatis aëræ, cui aſſentit Areta Cæſariæ & Capadociæ Epiſcopus in Apocalipſin, aer inquit, infernus dictus eſt: propterea quòd figuram nullam habeat, ob ſubſtantiæ raritatẽ, & ignis ἀδῆς quia quoſcunq; obſorbuerit, εἰσ ἀΐδιαν ἀφάνιαν, hoc eſt, in æternum interitũ conijciat. Hoc nomen יְהֹוָה quod à Samaritis Meniama, ab Hebræis aieth vocatur, ideo olim non commodè aperiebatur Patriarchis, quoniam ſeparabat Deum vnum & verum ab Idolis, cum etiam tunc Dæmones, Dij & domini à ſuis cultoribus vocarẽtur, quare vt Ieſu nomen dæmonibus terribile eſt. Solebat enim laminæ aureæ inſcribi, quæ vitta capitis, fronti ſũmi põtificis

alligabatur, de quo ſic dicunt Cabaliſtæ, Deus pater miſericordiarũ אהיה ſigillat per אמת eſſentiam, per verita tem, in cuius virtute ex corde inuocatus dominus omnibus promiſsis ſuis fidem indubiam præſtat, et quæ promiſſa ſunt, facit eſſe veritates. De ſtudioſè inuentis vocabulis, partim dictũ eſt ſuperiùs, nam vt Hieruſalem nomen non ex Græca & Hebraica compoſitum ab ἱερὸς, et ſalem, quaſi ſacra Ciuitas, ſed ſtudioſè facta eſt literarum mutatio, vt quæ prius vocabatur Iebus Salem, dicta ſit Hieruſalem, ſic & hic multa contingunt. Præterea cũ ſit ſcriptura ſacra data opera dicta Cabala, quia diuinitùs recepta, nõ authoritate hominũ, Cabalæ tamen altera tantum pars, quæ dicitur Cabala de Mercaba (quæ rurſus diuiditur in duas ſpecies de quibus ſupra) huic
propoſito

propoſito ſeruit. Apoſtolorũ actus probare videntur ante Chriſtum paſſum & non ita diù poſtea, mirum in modũ Necromanticorum floruiſſe contagiũ, quoniam per mortem Seruatoris diminutum eſt de principis huius Mundi poteſtate nõnihil. Etenîm Magdalene Chriſtũ qui iam reſurrexit ſalutauit Rabboni, ideſt, mi Domine. Rabbon enim Syriacè ſignificat Dominũ, nõ quemlibet: ſed qui αὐτοκράτωρ eſt, et merum habet imperium, at ante reſurrectionẽ vocabatur: Rabbi, id eſt, Magiſter, cui per impoſitionem manuum Seniorum tantùm poteſtas facta eſt cognoſcendi cauſas mulctatitias, qualem Græci κύριον vocant: Nam ſi gubernationis aut regiminis poteſtas cuiquã cõcredita fuerit is Syriacè dicitur Mara, græcè autem δεσπότης. Ad hunc modum habet vſus linguæ Syria-

cæ et linguæ Christianæ antiquissimus & aliorum animis cædit titulum hunc Rabijs fuisse attributum qui in Babylonicis Academijs magisterium consequebantur: Rabbi autem ijs qui in regione Israel, per impositionem manuum, sapientes essent declarati, titulū Rabboni peculiarē fuisse sapientibus domus Dauid. Quæ ad hanc artem spectant sacra pentacula maiestatis diuinæ ex Apocalipsi describi volunt. Alrumna item veteribus Gothis Maga vel Saga erat, quæ ex sanguine humano vel extis inspectis captiuorū, quos ipsa gladio occidisset, quam item Hellerumnam vocabant, hoc est, secretò cum inferis & dæmonibus colloquentem, vnde et herba Mandragora hellerumna dicta est. Et quæ ad hanc artē spectant, dei nomina maximè sunt

יְהֹוָה

יְהֹוָה quo potestas patris filij & spiritus sancti, cabalisticè declaratur, אֶהְיֶה quo vocabulo vsus est Dei filius antiquam carnem de virgine sumeret, & אֲדֹנָי quo filius Dei sustentator, & columna Ecclesiæ suæ declaratus est, de cæremonijs quæ sæpiùs, et ex natura sua, maiorum rerum fuit repræsentatio hic dicere sic visum est: probitas sine ritibus esse potest, at ritus sine probitate minimè. Quapropter ritus qui hùc trahuntur cum minimè secum probitatem decant impij planè sunt. Necromanticæ quæ sciscitabatur defunctos tempestate Mosis inuentæ, de qua scripsit etiam homerus, ritus hic erat vt ex sephrehicarim, hoc est, libro articulorum demonstrari possit. Vir & Mulier pariter adibant cadauer alicuius nuper defuncti,

altero stãte ad pedes eius, altero ad caput, tenentibus thuribulum, recitantibusq́ voces magicos, et incensantibus, interim muliere conspiciente animam defuncti, & viro percuntante: defunctus de ijs quæ proximè impendēt, eos certiores reddebat. Astruunt si Dæmones integris (quoniam animas retrahere & producere cum vult Diabolus nequit: Iustorum enim animæ in manu Dei sunt, impiorum relegantur in Infernum) et expreßis mortuorum corporibus conspiciantur, νεκρομάντειας dici, si tenues, obscuras et euanidas sibi circūfunderēt vmbras, σκιομάντειας nominari. Cum igitur animæ semel disiunctæ à corporibus & collocatæ in definitas sedes, reuocatæ non redeant falsò persuasum est Ethnicis reuocatas redire animas & apparitiones animarum

nimarum post mortem, etiam nostra papistica persuasæ ætate, anilia cōmenta sunt, ad stabiliendum purgatoriū, & ad Missas trigintarias pro defunctis celebrandas, vt eo ludibrio impius Clerus regnum papisticum perpetuum faceret, et miserum populum comparatis vanis indulgentijs emungeret pecunia. Earum figurarū inquit Peucerus, quas Natura & δημιουργὸς Naturæ Deus molitur et rebus affingit, nulla vis est neq; ἐνέργεια, atq; igitur multò minus manu fabrifacti characteres agent aliquid, & præterea impium est & falsum, quod sacra verba ea vi pollere cōminiscantur, vt suis notata literis, solis literarū figuris præstent ea quibus sit opus, aut chartis illita, vel de collo suspensa, vel superliminio imposita, vel subtus limen in terram defossa.

DE EO QVOD DICITUR Iynx cui reſpondet Hebræorum vox Ieduni caput XII.

VIdeo rem iſtam controuerti inter doctos an ſit ἐπωδὸς cum quo per pacta cum Diabolo conuenit & per incantationes, idem cum Hebræorum Ieduni, cui reſpondet vox Iynx, qua quaſcumque illecrebras & paraſceuas ad incantandum idoneas & accomodatas frequentiùs intelligunt, ſiue ad amorem comparandum ſiue contra. Ii qui huic Camerinæ nomina dederunt, priuatos cultus habent à praua phantaſia inductos, quibus cum probabilitate quadam ſermonis ſimpliciores facilè falluntur fraudi ſe

totos

totos mancipant: hic habeatur adyta hoc est occulta, quæ non licet subire prophanis, & ab hac prauitate alienis. Orpheus Thracibus suis orgia Deorum tradidisse dicitur, vnde θρησκεῖαν dictam volunt, omnem mali & Idolorum cultum in vicio positum cuius vsus in hunc vsum creberrimè recipitur, hic à luce ad tenebras, à Christi religione ad Idoli δεισιδαιμονίαν, ab Euangelij claritate per libros tenebrarum, ad Dæmoniorum noctem descenditur. Et quoniam infirmitas humana Deum nudum in sua maiestate comprehendere non potest, cogitationes nostræ in hac mentis imbecillitate Deo pueriliter oculos, aures, brachia & pedes appinxerunt & attribuerunt, ex Propheticis dictis sumpta occasione, qua se no-

nostræ infirmitati accōmodat spiritus sanctus et hic haud aliter, qa cæcitati nostræ impostoris fraudis nō satis innotescunt, non solum dæmonibus sua membra & Idola fingimus, sed alios opinamur: esse εὐdæmones alios cacodæmones, & malorum omnium auctori bonum vtcumq; attribuimus, vt magis fallat, qui semper fallere conatur. Verum vt Deus non est ex naturalibus potiùs rationibus deprehendēdus quàm ex verbo suo: ita Diabolus ex coniectura nostra per læsam conscientiam, de bonorum munere prædicandus non est, qui per verbi Dei testimonium semper vt lædat, ab initio humano generi tetendit insidias. Moses tanquā imperator cœli et terræ, nunc aquas in sanguinem, nunc puluerem terræ in Ciniphes, nunc cinerem fornacis in vlcera cōmutauit, ita Dæmon

imperator

imperator potestatis aereæ dijiectas causas faciliùs congregans, hic pro serenitate pluuias et tonitrua concitat, alibi lucem in tenebras cõmutat, aliâs pro amore iniquæ Mammõæ vbi nihil ante fuerat, Crœsi diuitias in thesauris ostentat. Et cum sit Deus vitæ & essẽtiæ mirus amator: est ille interitus & mortis mirus desiderator. Et vt hominis interitum magis sitire videatur, non ad omnem lucernam aut ardentem facem custoditas & in tenebris abscõditas diuitias, ex taurino sæbo, aut ouino, bouillòue compositam: sed ex humana adipe & pinguedine, reserat et producit. Olim olim est Angerona dicta coli ore sigillato, quòd summopere cauebatur, ne nomina prima Ciuitatũ scirentur, ne nomine proprio euocaretur genius, & hic qui thesauris præsident non facilè nominibus

omnibus

omnibus annuũt incantati, ſed priuata ſua nomina habent, quibus petita concedunt, vt loci putatiuus dæmon ignotior ſit, & per rei difficultatem fallat magis. In hac arte fuère in primis non minùs inſignes quàm periculoſi, ex Chaldeæ finibus ad Iudaiſmũ: ex Iudaiſmo ad Alcaroniſmũ, ex gẽtiliſmo ad Chriſtianiſmum accedentes, qui vt veritatem magis cum tempore faſtidirent, ſuperſtitionem omnem vnicè, colebant et maximè quos Turci etiam hodiè odioſo vocabulo Iogur vocãt, à quibus edocti Chriſtiani Ioglere fortè tales etiam vocitaſſe videbuntur. Et ſicut olim ſuperſtitioſis etiam voluminibus Numæ ac aliorum ſuus honos habitus eſt, ſic eſt ſteganographiæ cuius libros ſcripſit Tritemius abbas etiam hodiè ſtupenda & imma-

nis

nis auiditas, Hierophilax et Aeditius in priori ſeculo, induſia ſanctorum, ſandalia, calceos, ſudariola mucco ſordentia imperito popello expoſtulanda vix precibus & nũmo inuitatus præbuit at hic: angues & ſerpẽtes, clanculum enutriũtur, & mortuorum fumigantur oſſa, latumiarum parantur vnguenta, ex puerorum pinguedine, & aconito, ex veſpertilionis ſãguine & ſolano ſomnifero, cum commeſtione fabarum, vt exquiſita ſomnia obſcuriora fiant, & pro deſiderato propoſito de multuoſa & phantaſtica, per ſubſtratas ouinas pelles quibus incubare oportet, quò corpora recipiendis ſpiritibus fiant paratiora, & vmbris & manibus ſua iuſta moles perſoluatur, video placere multis Cæremonias quibus Chriſtiani in Baptiſmis vtũtur quoniam

quoniã exigitur ſubinde nomen Baptizandi dictantur ſolennia verba, imprimitur nota Crucis abiuratur hoſtis Chriſti Diabolus, à veterum militum ritu fluxiſſe. At quis hic dubitat à veteratore malorũ emanaſſe omnia, & ex luciferi calatho fuiſſe deprompta, in quibus incantatur dæmõ & excantatur Deus, & dum parantur cruces, qui crucem Chriſti habet inuiſam, vt eludat magis non niſi rotunda forma qua perfectio deſignatur et veſtibus albis deſignantibus vitæ puritatẽ, libris conſecratis, crebra lotione, ſelecto thymiamate, accerſita innocentia, & affectato ieiunio, & alijs multis præparationibus et ritibus, per menſem integrum aut dies fortè quadraginta, cũ altarib. et thyſiaſterijs etiam accõmodis, cum gladio ſancto, & diademate diù inuitatus,

ſub deſiderata perſona & apta forma vt exorciſtæ votis ſeruiat non comparet. Et magis tamen confæderatis per præmiſſa vnguenta, & cætera ad ſua maleficia parabilia, in deteſtando venereo congreſſu maris & fœminæ, pro nutu fit incubus aut ſuccubus, & velut alter Protheus quamlibet formam induit. Nam vbi deeſt fiducia Chriſti Ieſu, ibi vltrò paraſiticam perſonam ſubminiſtrat ſuis etiam vltrò, vt in Turcia & Barbaria dictis hodiè regionibus eſt compertiſſimum. hinc eſt quòd ſenior Senatus & conſeſſus per Vlpianũ, immò potiùs per Canoniſtas & cæteros iuriſperitos, voluerit appellare huius artis libros, iure bono, prohibitæ lectionis libros. At quod ad Ieduni Hebræorum attinet ſic aiunt. ירעדנים *eſſe ariolos, qui poſito oſſe animalis in os ſuum quid diui-*

nant, quod postea à se ipso loquitur. Et ἰυγγες magorũ vocabãt natiuas et suas adhibitas vnicuiq; rei illecebras Magicas, in quam Epagogas per rerũ Sympathiã, quas vocant inductiones, quæ facilè comparantur per quatuor Magiæ assectas, Philosophiam, Medicinã, Astronomiã, & Opticen siue artem perspectiuam.

DE BELZEBVB DEO Accoronitarũ, et curis Dæmoniorum Princeps dicatur.

CAPVT XIII.

PRincipem rei alicuius dicimus, aut eum qui rei dedit exordia, à vetustate scilicet, aut eũ qui ad rem perficiendam aliquã precipuè appetitur, quem Hebræi aut facti aut negotij caput vsitatè appellare solent: sic Ezechias relicto Deo vero Israelis, ad Belzebub

bub Accoroniticũ pro ſanitate recuperanda mittit, quoniam is communitate & diuturnitate temporis illuſione praua & ſpe falſa, præ cæteris omnibus omnium gentium dæmonibus, populum delyrum illuſerat, & dementauerat, in eo, ſi quis ſuprà vulgarem opinionem, & communẽ vulgi ſenſum quid egiſſet facinus & miraculum putatiuum feciſſe putabatur, ſic in Belzebub principe Dæmoniorum dictus eſt Ieſus eieciſſe Dæmonia. Sic inſenſatum vulgus fama falſi citiùs duci ſolet quàm vero. Et quamuis hîc locum habeat illud commune dictum, eum qui populari innititur auræ, domum ſuam in luto extruere, tamen pro religione firmanda, aliquid eſt per famam maximè commendari vulgo, vt experta ſatis experientia ad multos vſque annos euidenter docuit, nam

quo fama ducit ſequuntur omnes, quo verò fides ducit ſequuntur pauci. Dum igitur Cyrenaicus Achor ſic domaret Muſcas, palmam cæteris facilè præripuit. facilis fuit olim apud Romanos Apotheoſis quæ fiebat ad hũc modum: pyra in tabernaculi forma, auro, robore, ſignis & tabulis exornata conſtruebatur: aquila cum omnium Deorum aggeſtu in ſummo culmine locata, in quam pyram Senatus, Equeſter ordo, & triumphales viri, cũ carminibus etnhymis, lectũ ornatum purpura, et effigie eius, quem deificare volebant deportabant, vbi aquila euolante propter ignem & fumum, omnes, corporis mole exuſta, animam euolaſſe clamabant, atque in poſterum deificato corpore, in cœleſtium numero Deorum conſilia poßidere, & Deum indigitem habendum:

Sic procliue fuit, ſub ſpecie alicuius bo
ni olim Dei nomen adipiſci, ſic flumi-
na, fontes, & qualeſcunque illuſtrio-
res fama heroes facilè Deorum no-
men comparabāt, ſi quid boni aut vti-
litatis reipublicæ et patriæ adferebāt,
vt de Poetarum celebratis Dijs planè
eluceſcit. φοῖβον vocabant gentes illum
mendacem futurorum denunctiato-
rem Pytheum, Phæbum etiam ſeptua-
ginta interpretes exiſtimarunt fuiſſe
Gad, hoc eſt, ſtellam Iouis & fortu-
nam. Idolum etiam Adonis Ezechi-
elis octauo פַּמּוּז dicitur. Pheor etiam
Idolum Moabitarum, hoc eſt Priapes,
colebatur in ocio carnis, Ioſuæ viceſi-
mo ſecundo. Nec in minore veneratio-
ne fuit Aſcroth Dea Zidoneorum, re-
neris multimammiæ Simulachrum.
quid de lilith attinet dicere, hoc eſt de
lamia & ſtrige, de qua Eſaiæ trice-

ſimo quarto. Hæc Idola pro varia gentis cæcitate, & propter ignorantiam de Deo vero. Ceres item et Rhea à neſcientibus vocis originē gentibus, quòd Sibboleth ſignificet Hebræis aut culmum aut Calamum frumenti, aut fluxum, ſeu decurſum aquarum, pro Dea non Romanis tantùm ſed cæteris habita eſt. Pluto etiam cæcus ille Deus, propterea quòd opes præcipuè auri et argenti in terræ viſceribus recondantur, dis dici cœpit, & non infimæ Claßis inter gentilium Deos fuit. Quare hic libet memminiſſe duplicis ſpeciei, Ob & Pythonis, quarum vna erat, inter cuius fæmora aſcendebat & ſedebat mortuus, vel inter axillas eius loquebatur admodum ſubmiſſa voce, perinde ac ſi ex inferioribus terræ prodiret, altera qua cranium mortui conſulebatur, & ab eo reſpon-

responsum dicebatur. In summa quoniam בעל apud Hæbreos declarat eũ, in cuius potestate sunt homines, vt est mancipium, in potestate domini. vxor in potestate Mariti: inde factum est, vt Belzebub pro Idolo acciperetur cui, Idolatræ omnes sese principaliter mancipabant, & pro tutelari Numine præcæteris habebant.

DE VR CHALDAEOrum in quo Abraham deceptus est, Cap. XIIII.

IGnis apud Persas maximè, & Chaldæos, maxima fuit in reuerentia. Fuit item apud Romanos Vesta quã Græci ἑστίαν vocabant: Hebræi autem Eschia, ignem scilicet DEI, in honore habuêre præcipuo, qui semel extinctus sic reparabatur.

Vas æneum pellucidum, triũ angulorum ad Solis iubar exponebatur,

detentum eousque donec radiorum repercussu vibratuq; & collectione, aucto calore, aridus fomes, ex aduerso collocatus, ignem inde conciperet. Serapis item AEgyptiorum ex cultu primo Ignis suam originẽ traxisse videbitur, quoniam Seraphim flammeum aliquid significat, à Seraph verbo, præterquàm quòd Isidis nomen ab Esch id est, lucido igne etiam factum videri poterit. Persæ suum perpetuũ quem colebant ignem, Orimasda vocabant, pro Orimhesed id est, igne sancto vel luce diuina composita voce. Aiunt Serapis atque Osyridis cultum à Iosepho & famulis in Aegyptum translatis boues sacrificantibus, fuisse indictum, quòd igne e cœlo consumerentur sacrificia. Verùm vtcunq; sese res habuit, facile fuit Abrahamũ in Vr Chaldæorum, falli & labi, quãdoquidem

doquidem per vrim, hoc est, per luces, de quibus Exodi vicesimo octauo, voluit Deus reuelare consilium & voluntatem suam, quid esset faciendum. Sic quando in pectore sacerdotis lapides fulgorem emittebant & radiebant, sacerdos de Dei voluntate certior factus est: Sathan multas ob causas lumẽ in superstitionem ideo rapi voluit, propter primi luminis odium. Quare patrum sanctio, non tantum ad fugandos Dæmones in sacris Christianorum esse voluit lumen: sed etiam in memoriam primi & originalis luminis, adeo vt non ineptè in nostris templis, accensis claro die luminibus, cum pretioso etiam rerum apparatu, cernere licet, quia Christus pontificatum nostrum, & verum sacerdotium secundũ ordinem Melchizedech, secum transtulit in cœlos, vbi templum quoque & san-

cta sanctorum extructa sunt cum supernaturalibus luminibus, ita vt materialibus & naturalibns luminibus, nos commonefieri oportet, quo animos tollamus in cœlos, iuxta veterem ritũ, quomodo Sacrifici docẽt, his verbis in sacris cõmuniter vsitatis. SVRSVM CORDA. Sic igne potissimùm naturæ nostræ elemento ad deceptionem humani generis abuti voluit tentator inferus, qui & ea de causa Salomonem forte instigauit vt in Gehennon, qui etiam locus Tophet vocabatur, templũ poneret Idolo Moloch, propter cuius impia sacrificia in quibus infantes cremati sunt. translatum nomen gehennæ per Seruatorem humani generis Christum, ad inferos, & infernalem ignem, qui dicitur ignis gehennæ, Iob. 17. Nec minus aquæ elemento abutitur, in qua Magnetis ope ferulaceum

&

& Cerum mouere puerulum in phiola, obſeruantibus videre datur putantibus Dæmonem eſſe, qui digito per circumſcriptum Alphabetum de dubijs reſponſa præbeat. Sic cera nauicula amplo in Cratere aquæ pleno rimis agitat, adeo vt Hydromantiæ ſpeciem inſimulent impoſtores. Cum ergò credentium ille omnium Pater Chaldæus eſſet Idolatra, & Mitræ perſici, id eſt Solis, atq; Veſtæ cultor in Vr, et tandem ex paganiſmo ad veram viui Dei latriā conuerteretur, non ſcripto Dei verbo, ſed mera Dei loquentis atque vocantis voce. Is ethnicis veris Abrahæ filijs planè ſymbolum dedit et typū, vt ad æternū lumen conuerterentur, ſunt qui vano & ſuperſtitioſa, aut potius deteſtabili Magico ritu (vti faber ſcribit ſe nouiſſe) luminibus extinctis, à ſacris altaribus vultibus auerſis, ſe

turpiter pulueribus volutantes, Psalmũ immurmurant centensimũ octauum, execrandi & deuouendi studiò, homines alioquin peßimi & de medio tollendi. In sũma sub ignis specie multas concinnat fraudes Dæmon. Erat in Sicilia ingens statua, quæ in loco notißimo ab extrema hominũ memoria intacta permanserat, in qua literis vetustißimis insculptum erat, Calendis Maijs habebo caput areũ. Quibus verbis eò vanitatis excesserant alij, vt in die Calendarum statuæ caput terebrarent, vbi nihil præter solùm marmor inueniebant, & risui materim vulgo dederant. Vnus tandem antiquitatẽ statuæ, simul & artificem contemplatus, cogitãs in re tam seria aliquid tamẽ latere, scripturam acutiori examinat ingenio, & die Calendarũ redeunte, animo atq; oculis intentus or-
tum

um Solis operiẽs, locũ vbi caput ſtatuæ, primis radijs vmbram iaceret, diligẽter annotatũ conſignauit, & illic poſtea clam ex cõmodo ſuffodiens, magnũ auri pondus reperit. Præterea ritus Perſicus ſic habebat. Perſæ ignem certis diebus feſtis candido impoſitũ equo tanquã Numen circũducebant, cũ pompa maxima: ſequebatur Equũ Rex Perſicus, hunc Regẽ, Proceres & maxima populi multitudo comitabatur. Atque de vr hæc hactenus, & אור tamen apud Orpheũ φάνης dictus, Sol eſt & genitor noctis & diei.

AN SIBYLLA DE QVA Virgilius Aeneidos ſexto fãnatica erat, vel de Gallorum Cybeles genere, qui corybantes dicebantur.

CAPVT XV.

Ecce

ECce quantas habet Dæmon astutias. Dũ conatur subuertere consilium inscrutabile Dei per Sibyllinam doctrinã quæ apex est disciplinæ Aegyptiacæ, à Babylonica turri, seu à Syriæ principio Romam vsque delatam, et per Acrostichidem ostendere Regis adorandi nomen, & aduentum docere: ita vt per Kibel vnam & eandem ab initio patre religionem intelligeremus, & de sanctißimis & vetustißimis doctrinæ custodibus ac propagatoribus per Sibillæ nomen admoneremur, vt Sibylla dicta Elissa ex El & iascha hoc est, Deus est, & delphica Sibylla Hierophile nominata declaratur, per hanc tamen Dei volũtatem fatidicas & Idolatras omnino Mulieres posteritatem tortuosus Serpens ille intelligere voluit. Et cũ sit resolutũ nomen Sibyllæ, σιὸς βȣλὴ, hoc est

consilium Dei & sacra receptio, non scriptis sed doctrina & prædicatione imò afflatu diuino nõnunq̃ tradita vt in sanctis Dei Prophetis, vt illius auctoritatẽ vtcunq; extenuaret calũniator Dei & hominis, tantopere homines dementauit vt duodecim tantũ mulieribus fatidicis illius omnẽ molem & auctoritatem alligaret, quia mulieres ex natura sua potissimũ sunt hygrocæphale, & sæpius numine corripiãtur quàm viri. Præterea quæ DEO sunt impossibilia, & ea quæ DEI omnipotentia facere non potest, vtpote vt tria sint quatuor: vt Ignis sit Aqua: vt præterita non sint præterita: vt corpus humanum simul sit in multis locis: vt homo sit perfectus & integer: absque intellectu & ratione, aut ut triangulus sit figura quadrata, cum leges Naturæ ita constitutæ

sint

ſint, vt ſi violenter, contradictoria ſtatim pugna oriatur fatidicis tamẽ et cirritis Dæmoneq; raptis & agitatis, cũ ampliore poteſtate concedunt. Et cum ſint hic æquè impoſsibilia & ἰσοδύναμα, duo corpora ſimul in eodem loco eſſe, & vnum idemque corpus humanum per multa loca diffundi: Dæmonibus tamen ita fauent, vt quorum potentiæ talia non derogant. Et Magiam, artem ſedulò Naturæ famulantem & miniſtram, quæ cuius cognationi ſi quid fortè defuerit, per vapores, per numeros & qualitates opportunis illud miniſtrat temporibus, adeo vt Natura res naturales pariat, ars autem præparet in præſtigias per fraudes conuertunt. Sic deliris & inſenſatis ſacrificulis Dæmonis ſupparaſitaſtri ope adiutis, cordis manifeſtationẽ tribuũt, et vt ſacræ ſcripturæ, et viris

viris à Deo electis, ſuam faciant iniuriam, quoniam Helizeus abſens longiſſimè cognouit quid Giezi cũ Naaman egerit, quarto Regum quinto, hinc & talibus tantisque Rabulis de cogitatis etiam longè abſentium dare reſponſa facultatẽ aſſcribunt. Vnde vrinæ non viſæ iudiciũ manaſſe videbitur, et dolus quo longè abſentiũ actiones & colloquia graphicè deſcribuntur :aues ſolo clamore vocis ad manus inuitantur. Sic Archimandrita & animarum in populo curator inſtitutus, per huiuſcemodi illecebras, fraudem facit vocationi ſuæ, & pro Deo dæmonio miniſterium parat & ſatagit. Ij ſunt vulpes Samſonis quæ caudis ad caudas cũ face media colligatis, hac illac diſcurrũt, & ſtantes ſegetes incendũt, florẽteſq; vineas diſsipant, ex quorũ vnica hydra, mille erumpunt Echiduæ.

Et quod dæmonibus mortuorũ euocatis (qualiter fecisse dicitur Phitonissa in Eidor) docẽdum est, tales iure bono mortuorũ vmbras vocamus, quoniã sicut ũbra sequitur ex sua natura corpus, illoq; plerunque apparet esse maior, cũ prorsus nihil sit nisi priuatio luminis, & res omniũ vanissima: sic et ij manes nõ sunt aut mortuorũ animæ: sed dæmones planè & mortuorũ vmbræ atq; illusiones. Actuarius græcus auctor de Vrinis scripturus, habitationẽ virtutis naturalis diffusæ per totũ corpus vrbi cõparat, cuius virtutis omnes actiões, vrbanũ vocat exercitiũ: concoctiones leges & ordines, quæ secundũ rationẽ fiũt: incõcoctiones, mediocres legũ trãsgressiones, ex quibus immodicis infertur seditio, ex magis auctis Ciuitas euertitur. Fiat et hic veræ vrbis nostræ et religionis Christianæ expensa ratio,

fidei

(fidei inquam) in quam hi iaculatores sua spicula dirigunt: num putandum est, si huius sentinæ vapores & nidores magis augeantur, iacturam fidei Christianæ mox sequuturam? immò certè: nam cum imaginatiōe corrupta rem omnem transigant, cui tantùm inest erroris & vesaniæ, vt quæcunque naturæ concessa non sunt, vt efficiantur, ipsa sibi ea liberè prorsus fingat, quid futurum arbitramur, si tantæ insaniæ liberiores remittantur habenæ? Modus ergo vt tanto errori imponatur, est necessū: nam vt mel muscæ, cadauera lupi: sic prædā sequitur horū fanaticorū turba, & vbi fides recta imbecillior est aut certè nulla, ibi altas agere radices nititur. Lunatici vocantur Matthæi decimo septimo ij, qui certis Lunæ temporibus commitiali morbo Lycanthropia,
 cynā-

Cymanthropia, et qui ea Melancholiæ morbo laborant quæ Græcis Medicis θηριωδης id est, fera & immanis dicitur, cuius ſymptomatibus agitatæ huius generis mulieres, per aera ſeſe volitare arbitrantur, & ad phantaſiam conceptam è veſtigio, vt Sulphur ignem: aut Naptha flammam rapiunt ſeruitorem Dæmonem, harum opera malè audit Oraculum, quod vocabulum eſt veluti Idolorum ſuperſtitione contaminatum. Quare cum verus homo morte corporis non intereat, ſed diſtrahatur anima à moleſtiſſimo carcere in beatam requiem: à tanta felicitate, ad expertam miſeriam animas mortuorum vocari & reuerti non eſt credibile. Errori igitur recepto reſiſti oportet, nam error cui non reſiſtitur approbatur. Hic enim error multã habet coniunctã πιθανολογίαν de qua

Paulus

Paulus ad Colloſſenſes ſecundo: & probabilitatem ſermonis qua ineptiores & imperitiores faciliùs fallat, ac decipiat. Vincula coniurationis habent triplicia, quorum primum ſunt res naturales: ſecundum ſunt myſteria religionis per Sacramenta & miracula: tertium ſunt diuina nomina & ſacra ſignacula, quibus medijs alliciunt & inuitant Dæmones familiares quos folletos vocant. In quibus omnibus ſuperſtitio plurimum poteſt, per tranſlationẽ alicuius ritus Sacramentalis, ad id quod ligare, vel impedire intendimus, quales ſunt ritus Baptiſmi & excommunicationis, ſepulturæ item, & exequiarum. Nam igneus ſiue æthereus dæmon, ad contemplationẽ: aerius, ad negotia: aqueus, ad voluptates: excitat & erigit, & ſuus cuiq; eſt perfectus: A talibus folletis vt aiunt πρόγνωσιν

futurorũ petunt in hanc vtilitatẽ: vt præbeat occaſionẽ exercẽdæ fidei & inuocationis, cũ magis fiduciam in dæmones pariat. Dæmones item per ſe loquentes valde ſunt laconici, vt Pythones: tamen in corporibus humanis loquentes ambigui ſunt & nugaces, inter quos orientales & occidentales optimi dicuntur, qui non niſi vi ad operationẽ mali cogũtur, & apparent in pulcherrima forma: ſeptentrionales & meridionales contra, qui tamen in diebus quibus Chriſtus crucifixus ac reſurrexit, nullo ſtudio vaticinari poterunt nec præſente viro dei, vt Magi (qui diuinorũ nominũ appellatione mira prodigia efficere ſolebant, id quod fit Cacodæmonis preſtigijs qui in ea ſuperſtitione homines retinere cupit) declarabant, quando Sathan ipſe, Actorum decimonono, nõ mouebatur reſpondẽs

infi-

infidelibus exorcistis: Iesum cognosco, & Paulum scio; Vos autem qui estis? Sic falsæ superstitiones quæ olim suos habebāt Apollines, tripodes, delphos, sedes, et mystas, Reges assectatores, nitentēs cōsuetudini, vincētes vetustate, pungnātes numero & multitudine, sacerdotū ac regū authoritate fulcitæ, adueniente Christo silebant: qa in Euangelio alius lydius lapis est, ad quē veritas doctrinæ ac sinceritas expēdi debeat, nimirū Iesus, quem dæmones formidant. Re necromantica sub Mose religio vera miris modis contaminabatur: ante Abrahamum per Astrologiæ abusum: Nam Abrahā Iudaicæ gentis antiquissimus gente Chaldæus & Tharepatre Astronomo & Idolatra natus erat teste Philone de nobilitate, ex his qui in Mathematicis disciplinis versantur, q stellas, et hanc Cœli

mundiq; vniuersitatem Deos putant, â quibus siue bonū siue malū, vnicuiq; dicunt euenire, vt qui nullam causam esse arbitrentur, extra ea quæ sensu possunt percipi, Hæc Astrologia omniū superstitionū mater impijssima pro hibetur, teste Augustino Steucho Deuteronomij decimo octauo, prohibentur item Chiromantia, Geomantia, Auguriū, Polycymantia capromātia, et Magia quæ diabolos sciscitatur, tandem et Necromantia quæ sciscitatur defunctos. Qui de Sibylla etiā hanc sententiam subinfert: Balaham filijs Israel fuit Propheta eo modo quo & Mercurius Trismegistus apud Aegyptios, & Sibyllæ apud alias nationes, qui tametsi pleraq; vera cecinerint, Idolatræ tamen & dæmonum cultores fuerunt. Simon magus quoq; se Iouem dicens & Selenem meretricem suā Mineruam

neruam, vtriusq; statuas proponebat discipulis adorandas, quas & Romæ veluti Deorũ simulachra publica autoritate statuit. Erasmus in Hieronymũ aduersus Ruffinum. Sibyllæ apud Romanos magno in præcio fuerunt, nam quoties portenta aliqua in aëre apparuerunt: toties Romanorum Senatus Liuio teste, decem viros ad libros Sibyllæ ire iussit, & Alexander Alesius adfert hanc causam cur mulieres magis deditæ sint Idolomaniæ & superstitionẽ magis defendant: quod prima impietas infidelitatis & idolatriæ à muliere est profecta. In summa ideo vocabant primã Sibyllã Sambethem quod nihil aliud sonat quã Sem & Iaphet, quòd Nohe cõtinua seriè à mundi initio doctrinã de Messia, de Deo et gratuita receptione generis humani, duobus præcipuè filijs Sem et Iaphet cõmẽ

dauit, quos sacrorũ custodes & antisti tes in sua posteritate constituerat iam Cibeles, Ceres et postea Rhea dicta est quoniã sibboleth culmus est & frumẽti calamus, huius sacerdotes Corybantes fuerãt, Sibyllas fæminas esse Græcorũ inuenit vanitas, quorũ dementiæ respondent illi qui Nazilographon Sibyllæ Erithreæ aßerunt esse scripturam Imperialem. De superstitiosis Sibyllæ voluminibus vide Erasmum.

EPILOGVS SIVE ἀνακεφαλαίωσις totius Magię.

CAPVT XVI.

BArdos inuentione Carminum & Musicæ apud Celtas inclitos fecisse, & druydas Gallis à drou, fideles dictos, quibus tãquam Sacerdotibus &

sapien-

ſapientibus in ſubterraneo gymnaſio Magiam edoctis in Hiſpaniæ ſalamātica fides à vulgo adhibebatur, ſagos fuiſſe primos Pontifices Thuſcos & ſacros expiatores, hellerumnas ſiue alrūnas, ex ſanguine humano, vel extis inſpectis captiuorum, quos ipſæ gladijs occidiſſent, ſecreto cū dæmonibus & inferis colloquutas fuiſſe et Armenis Nahā Sagā etiā fuiſſe video placere doctis. Præterea Solomonē quendam modū exorcizandi inueniſſe, quo Dæmones adiurati ex obſeßis corporibus pellebantur, & eundem Magiæ naturalis per ſpiritum Dei multa nouiſſe, neq; inſcitè ea fuiſſe vſum 3. Regum tertio, iudicantem duas illas mulieres, qua & deprehendebat, verā viui pueri matrem, vbi oppreſſo altero infante, vtraq; ſuum eſſe contenderet eum, qui viuebat. Idolatras quoque aſtrolo-

gos

gos statuisse Idola in terris, virtutibus quibusdã cœlestibus, quibus dũ honorẽ habebant in terris, putabant se rem facere gratã ijs quos dicebant in cœlis, et ex Geoticorũ anagyri profluxisse libros multos tenebrarum, Magos etiã fuisse viros naturæ & sacrarum Hystoriarum & Prophetiarum peritissimos, quos stella non casu illucens: neque ex materia physica ordine naturæ inflammata exardens: sed accensa diuinitus ad natiuitatem filij Dei duxit, & ex pentagone Antiochi triplici cõstãte triãgulo cui9 margine extremi sanitatẽ exprimerẽt, et ὑγιεῖαν Aesculapij filiam, magno in nomine fluxisse pentacula (vt corruptè vocant) in tartarorum extremo agmine vexillum insignè olim etiã fuisse pictura X Græci Elementi in cuius cuspide imago erat tetra et nigraq; capitis humani barbati,

barbati, quod cum ſignifer vehemen-
tiùs quateret fumũ atque nebulã den-
ſißimã & fœtidißimam exhalaret,
Saulem etiam reiectum à Domino &
planè impium in corde præſidio vene-
ficæ Samuelem Prophetam exuſcitaſ-
ſe à mortuis, hoc eſt, perſonam quãdã
voce et facie referrentem Samuelem,
(cũ tamen voluntas Dei non ſit diſcẽ-
da ã mortuis. Deutero. 18.) Iulianum
imperialia ſceptra deſiderantem, per
vniuerſã hellada diſcurriſſe, vates quę
fuiſſe, qui reſponſa quærerẽt, et con-
ſulerent. an ad ſummũ Imperium per-
ueniret, & inueniße tandem virum,
qui illi deſiderata ſe dicere fatebatur:
qui eum perducens ad quendam locum
Idolorum, & introducens in adytum,
ſeductores Dæmones euocauit. Quibus
ſolenniter apparentibus terrore com-
pulſum Iulianum, in fronte ſua crucis
formaſſe

formasse signaculũ. Tunc Dæmones trophæi dominici figuram respiciẽtes, & suæ recordatos deuictionis, repentè disparuisse, et Iulianum à Mago inculpatum, & terrorem significasse, et de crucis dixisse se obstupuisse virtute, eo quòd videntes hoc signum Dæmones euanuissent. Hæc omnia planè loquuntur Historiæ. Carris præterea idem Iulianus mulierem mortuam à capillis appensam habuit, extensas habentẽ manus, cuius vterum aperuerat, vt Persarum victoriam in iecore eius respiceret. In Antiochia plurimas arcas in palatio humanis capitibus plenas, & innumera in puteis demersa corpora mortuorum. Hic videre licet peccati & mortis auctorem, semper mortem & sanguinem, & per spectra multis fraudem nectere. Verum quæri potest cur minus hodie ap-
pareant

pareant spectra & setebi vt vocant, hac scilicet de causa, quia fides solida viuaciores iam egit radices, & prædicatione verbi Dei in Christo & per Christum. Hic disparuerunt: quod alibi, vbi Idolatria turpis viget, & de vero verbo contemptus & ludibrium, non ita contingit, ad cuius rei affirmationem ex Itinerario ambitus Orbis Marci Antonij pagasottæ. Hinc historiam hùc ascribere libuit: Dum Magellanus orbem esset circumnauigaturus, agens in America ad quinquagesimum ferè gradum, sex propè Menses familiariter, barbarus Gygas ab ipso captus setelorum, hoc est, spectrorum, & Dæmonum horrendam effigiem, cum verbis non posset, signis & pictura aperuit hac ratione & occasione: Cum auram commodiorem expectarent, satagebant Magellani

comites,

comites, vt illi Gyganti principia religionis nostræ instillarent. Itaque cum signo crucis more nostrorum se signare aggrederetur, horrenda voce & horrida clamauit setibos, signisq; vt potuit explicauit, insultasse illi Dæmonem, & necaturum eum, si pergeret eo signo vti. Ideo nunquam, donec longe ab Insula extremum exhalauit spiritum, voluit iterum signum repere: familiaritate verò tam diuturni temporis viuens ad octo Menses, aperuit nostris dæmonum naturam, & infestationem quoque modo, moriente quodam, adesset magna saltantiũ turba. apud Indos Cisgangenses inquit Postellus dæmonum cultores, cum extremum agunt homines spiritum, si desit tetri spectri forma, consuetudo docuit Medicos, sacrifices, & hierophantas, dæmonis figura, laruis, vt teterrimà

possunt

possunt conficta, ægros animam agentes inuisere. Verum apud nos Sathanæ phantasmata, quæ per silentiū noctis apparere videtur, aut ignes fatui sunt, aut propria carent figura vana spectra, quæ ex metu nostro imaginē accipiunt & obambulant: et quamuis tortuosus ille Serpens interrogatus obliquè nonnunquam respondeat, vt quocunq; modo rei alea ceciderit, euentus tamen sequi videatur, vt cum Apollini consulenti Locro redditū est oraculum, vrbem inibi capesserit habitandam, vbi liquido Cane morderetur, adeò vt in crure tandem à Cynosbato vellicatus oppidū cōdiderit, et tribus conditionibus alligatus tantū stete rit, quousq; libuerit, & quoad cōduxerit operā, & quamdiu deū permissurū intellexerit, qui terrā agri damasceni, vbi plasmatus dicitur Adam, quæ

Argilla quidem rubea eſt flexilis in modũ ceræ, quæq́; per Camelos in magna quantitate in Aegyptum, Aethiopiam, Indiã & alia loca deportatur, quòd abutuntur ea in varias ſuperſtitiones, pro eſca in abuſum rapi voluit, quiq́ue ſe ideo conſcium fingit cogitationũ, cum Deus dicatur ſcrutator cordium, vt homo in cõtemplanda potentia diuina titubet & vacillet, & quia (ad nos quidem) veritati res eſt damnoſiſsima mendacium ſpecie veritatis tectum, adde quòd etiam contrariæ virtutes audiẽtes illa vel illa nomina, adſint & adhibeant famulatum, & dent operã in hoc, ad quod vocari ſe, ex illo vel illo nomine ſenſerint, officij ſui rem quodam modo ac Miniſterij, cui ſemetipſos mancipauerint dependentes, quia dæmonibus naturaliter inſunt, ſubtilitas naturæ, experientia

tempo-

temporum, reuelatio superiorum spirituum, furor naturalis, amens concupiscentia, phantasia proterua, superbia, inuidia, ira, præterea cū tres magnæ sint sub Deo potestates, Natura, dæmon, & animus, adeo vt dæmon naturale quid acturus, per causas naturales id agat, & dæmones euocentur per dæmones, non vi carminum, aut suffitus, quia tamē diabolus in quo extincta est synderesis, semper infernum suum secum portat, formidat vel inanes minas, veluti si dicas scissurum te cœlum, vel occulta Isidis patefacturū, aut arcanum in Abysso reconditū patefacturum aut dispersurum, membra Osyridis, typhonē dispersurū, aut quòd sistes Barin, id est, Narim sacram, quæ omnino esse non possunt, timet enim arcana reuelari, aut perturbari principatum, quo regit mundi partes.

At hic forte quæri poteſt quid ſit incantatio Magica, quæ Platoni certè Oratio eſt, cui ineſt vis à deo, & à Philoſophia ratio, qua audita, modulatè inuicem compurant animæ partes, moderantiæ amor ingeneratur, cuius definitio ad Magiam naturalem proximè accedit: verum Geotia, Theurgia, ἐπῳδὺ ad ſepulchra edi conſueſcebant, & vt Magia eſt boni dæmonis aduocatio ad bonũ, ita Goetia eſt mali dæmonis ad malum, ſæpius coniunctam habens ſuperſtitionem, ſine qua ferè nihil & in caſſum operatur, nam hac adiuta, vis materialis & ſeperata potentia per atram Bilem Imaginationi mancipato animo, & mundorum ſpirituum conceptaculo facilè adeſt, & quamuis diabolus dicatur huius mundi princeps, & rector tanebrarum harum, hoc eſt impiorum hominum, non

quòd

quòd cœlo aut terræ imperet, habet tamen furoris sui præscriptũ à Deo modum: nam boni & pij surgunt tanquã leones ignem spirantes, diabolo formidulosi, & quamuis mulieres vt dictum est huic malo sint obnoxiores, Dei tamen operefactum est, vt Sexus qui maximè fuit condemnatus, primus bonorum contemplatione in resurrectione Christi perfrueretur. Armatura item & Panoplia Christianorũ contra dæmones, modo Baltheus veritas sit, innocẽtia & iustitia thorax, puri affectus nihil appetentes nisi cælestia, O cui, fides Scutum, galea vigilans animus, & verbum Dei gladius tutos satis reddit, Imo & eòusq; agũt dæmones quasq; permissurus est Deus, de qua 22. Marsilius ficinus libro Epistolarum decimo hanc scribit historiam. Aegyptius quidam Sacerdos,

Romiam perueniẽs, per'q; amicũ quendã Plotino subitò notus, cũ exoptaret suam Romæ sapientiã ostentare, suasit Plotino vt secum accederet familiarem dæmonem (eo aduocante) protinus inspecturus. Cui facile Plotinus est obsequutus. Acta verò est in Isio dæmonis inuocatio. Solũ namq; hunc locum Romæ purum ait Aegyptum inuenisse. Sed cùm in aspectum proprium ipse Dæmon accerseretur, pro dæmone Deus accesßit, qui sanè non esset in genere dæmonum. Sic ergo repentè Aegyptius exclamauit: Beatus es ô Plotine, qui habes pro dæmone Deum: neq; ex inferiori genere sis, ducem sortitus familiarẽ, atq; hinc de genijs meminisse oportuit, obtinent inquit Liuius Mẽtes Angelicæ suos affectus, indolescũt enim malis hominum, lætantur verò bonis Esaiæ 33. Luc. 15. & humori-

moribus (vt inquit ille) sese immiscent, & ad optima adiumento sunt, Sic Raphael se itineris comitem adduxit Tobiæ filio, In Samsonem irruit spiritus Domini, & dilacerauit leonem tanquam hædum Iudicum 14. In Saulem insilijt spiritus diuinus, & cum reliquis Prophetis vaticinatus est, 1. Reg. 10. & contrà mali genij ad malum, vt Saulem exagitauit spiritus nequam, commouitq; mentem illius, atq; in Dauidis necem illum armauit. In Iob excitauit prole phantiasmi, & per artẽ humanam morbum incurabilem, Iob. 1.2. Sic Melancholicæ libenter sese insinuant, & vt Saulis sic & multorum insaniam exasperant. Et quamuis Ecnephias & vẽtus Typhonicus, ardentes faces, & ignitos globos eiaculentur, attritu & collisione Nubium naturaliter, mali genij tamen se tempe-

ſtatibus ingerunt, & fulmina atq; tonitrua exarcuunt, adeò vt illis adnitentibus, conuelli culmina videmus, proſterni ſata, confici armenta, greges, & pecudes, & in ægrotis ἐνεργουμένοις, linguam quam non ſunt edocti, modo diſertè, modo obſcurè & confuſe loquuntur. Atq; hinc bonorum geniorũ opera vt ait prædictus ficinus prodigia in obitu principum ſæpius contingunt, quæ ſignificant excellentiſsimos animos non extingui, non negligi, ſed poſt obitum regnare cum ſuperis, & virum admonent moribundũ, ſuis indicantia cæleſtem fauorem. Eſt enim inquit ille perſonæ genius dæmon familiaris homini, quem Angelum cuſtodem noſtri Theologi nominant. Eſt & loci genius, dominus Ciuitatis regni cuſtos, quem cognominant principatũ, ea de re Angerona colebatur ore ſigillato,

lato, quòd summopere cautum erat, ne nomina prima Ciuitatum scirentur, ne nomine proprio euocaretur Genius. Est & Chorus Numinum, in quorum numerum sortemq; propter officij similitudinem, excellens animus, quasi ad stellam suam migraturus est, in eodem illic officio quasi collega futurus. Angelos scriptura ideo vocat administratores spiritus, quia non solum in vita custodiunt pios, eosque promißionibus consolãtur, verũ etiam in Agone mortis adsunt, piorum animos in regnum Dei portaturi, etiam post mortem custodituri, donec corpus resurgat ad vitam æternam. Et vnus angelus bonus multo prudẽtior & sapientior est quã vniuersi spiritus mali, quoniam speculum habent in quod inspiciunt faciem patris, & multò sunt quam mali spiritus potẽtiores, quoniam illi seruiunt

& astant cui nomẽ est omnipotens. At quoniam in hoc negotio mali dæmones adorari expetent, operæprecium est scire quod in veteri testamento angeli se permiserunt adorari Iosuæ quinto capite, in nouo testamento non item Apocalypseos decimonono, cuius ratio est quia tunc nõ erat Deus homo. Nũc autem humana natura glorificata, angeli boni adorationem sustinere non possunt, quia eam in authore suo supra se eleuatam recognoscunt, mali autem contra. Cùm angelis bonis anima humana cælestium præmiorum auiditate flagrans, è fracto si posset humani corporis domicilio, et membris exonerata mortalibus, si quos viderit abire festinaret ad cœlum. Tales enim ex corde omnem continuo auferunt metum. Ita Gabriel cùm loqueretur cum Zacharia in templo, & angeli cum diui-

diuinum partum virginis paſtoribus nunciarent, & qui dominici corporis agebant excubias, ſecuris ſementibus videntium oſtendentes, ne metuerent imperabant, mali autem contra. De gaudio bonorum Angelorum, & de precibus vt videtur pro peccatoribus in terris patet locus Lucæ decimoquinto, vbi dicitur quod gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore reſipiſcẽte, magis quàm ſuper nonaginta iuſtis, qui non indigent pœnitentia, quod gaudium (vt inquit quidam) non contingit, ſine præcedente notitia, id quod ſcribit Apoſtolus ad Epheſios tertio. Multiformem Dei ſapientiam per Eccleſiam notam factam eſſe principatibus & poteſtatib. in cœleſtibus. De nominibus Angelorum & dæmonum cum Cardano ſic cenſemus. Neq; Deo neq; intelligentijs nomen vllum eſſe,

ſed

ſed impoſitis nominibus ab imagina-
tione quam de his concipimus, vel po-
teſtatis, vel claritatis, tenebrarũ iræ
aut ſuperbiæ ac dignitatis nos vti. Vn-
de Attalus cùm interrogaretur quòd
nomen habet Deus, reſpondit qui plu-
res ſunt nominibus diſcernuntur, qui
vnus eſt non indiget nomine Euſebi-
us lib. 5. cap. 3. Sic ἀλάστωρα, hoc eſt ma-
lum genium vocamus eum, cui incom-
modorum noſtrorum maximam par-
tem acceptam ferimus, & per Apol-
linem Poetæ nihil aliud intelligebant,
quàm Deum quem vniuerſalem vocat
pythagoras, dictumq́; vult quaſi ἀπλὸν,
id eſt ſimplicium, vel ἀπ' ἄλλων, id eſt,
ab alijs ſequeſtratum, & multitudinis
neſcium. Sic Palingenius dæmonibus
& ſua loca & nomina coaptat, dæmo-
niorum (inquit) prauorum & Sarco-
thei regnum eſt, ibi vbi denſantur nu-

bes,

bes, pluuiæq; creantur, & venti horrisono concursu fulgura gignunt, quorũ regi Typhurgo nomen est in Orientali parte, at in Occidentali est Aplestus, ad boream Philoceus est, ad Austrum Miastor. Primus est tumentium et superborum diuitũ præses, secundus auarorum, tertius voluptuosorum & venereorum, quartus inuidorum. Primi hoc est luciferi deturbationem de cœlo homerus sub Ates deæ nomine obscurasse videtur, Nam ille Atem id est noxam deam facit, quæ noxas ac turbas soleat immittere rebus mortaliũ, atq; ipsam quidẽ acribus oculis ac præuelocibus esse pedibus quam multo interuallo consequuntur litæ deæ, quæ quod Ate turbarit, sarcire moliantur. Has & strabis esse oculis ait, & pedibus claudis, illud nimirum innuens, offensas esse citas reconciliationes esse tar-

tardas. Iupiter imputat arte quòd à Iunone deceptus eſſet, atque igitur illam capillis arreptam in terras præcipitem dedit, interdicens ne vnquam rediret in cœlitum contuberniū. Alij per γιγαντομαχίαν idem tacitè ſignificaſſe volunt, & eius ſuperbiam graphicè depinxiſſe qui auſus ſimilem Regi componere ſedem, non veritus ſummi regis nec fulminis ictus, paulatim carpens ſublimia tecta tonantis, cum ſuper impoſitū pyndo ſubuertit Olympum ira Iouis, tetramq; dedit ſub tartara peſtem, de quo vt de cæteris damnatis ſpiritibus, ſic vulgo dicitur: Orcus habet manes, animabus corpora viuunt, ſpiritus in cœlis vmbræ per Buſta vagantur. At dæmones qui pœnas exercent, in numero malorum habendos: alij Erymnyas dixerunt. Epimenides diſcipulus Pythagoræ cùm à

qui-

quibusdam esset interficiendus, innocatis Erymnibus & dijs vltoribus fecit, vt omnes interficerent sese. Olim dæmones commune erat vocabulū deo ipsi, & angelis promiscuè omnibus, ob cognitionis excellentiam, iam ad malos contractum est, qui in scripturis שרים appellantur à nocendo & deuastando. Ita & Dæmon omnium scelerum princeps, & inuentor per excellentiam vocatur ὁ πονηρὸς. Et Christus ipse docuit nos precari, libera nos à malo, hoc est ab eo qui prauus & malignus est, huius potestatem Romani inquit Plutarchus diris, hoc est imprecationibus, & execrationibus admodum horrendis & anteà inauditis, in quibus appellabantur dij quidā inauditi, & horrendi nomine, quas diras eam vim obtineri aiunt vt qui illis obnoxius fiat, grauissimas pœnas dare

cogatur, & de hoc intelligitur illud quòd Empuſam Spectrum (aiunt) fuiſſe quoddam, quod ab Hecate ſoleat emitti. videndum miſeris & calamitoſis, quod ſubinde conſueuit alijs atq; alijs formis exhibere ſeſe, hinc ſtrigis et lamiæ nomẽ Hebræis eſt לילית *quæ quia volat nocte nomen illi inditũ eſt à* ליל *quod nox eſt, & eadem furia vocatur, hic impius loca quæ fuerũt olim domicilia, & ſedes, atq; doctrinæ cœleſtis ſanctiſsimæ patrũ Scholæ, vt ait Peucerus manifeſtis conatibus in latibula impietatis, & mendaciorũ conuertit, in oraculum Iouis hammonis, pro ſchola Cham & poſterorũ eius, in Oraculum Dodonæum in Epyro pro Eccleſia, & familia Dodanim nepotis Nohæ, & delectatus cædibus, tum vt imitaretur opus filij Dei, qui indutus humana natura ſeſe litaturus erat*

Deo

Deo patri, de arcano decreto diuinitatis pro peccatis generis humani, primum flagitasse mactationes hominum videtur. Hinc à populo Dei sanguine humano litatum esse constat, in quo aliquos filios filiasq́; per ignem duxisse, in gratiam & cultum Idoli Moloch legimus, hinc & γοητείαν, hoc est mortuorum excitationem fluxisse ἀπὸ τῶν γοῶν, hoc est à luctibus sic nuncupatã qui ad sepulchra edi consuescebant, hinc & Theraphim imagines quæ futura annunciantes ad hunc modũ fiebant inquit Elias Leuita, Mactabant hominem primogenitum, cuius caput torquendo præscindebãt, quod postea sale & Aromatibus condiebant, scribebantq́; super laminam auream nomen spiritus mundi, qua supposita capiti eius ponebant illud in pariete, incendentes coram eo candelas, & ado-

rantes coram eo. Atq; cum huiusmodi locutus fuit Laban. Et minora facinora fratricelli Neapolitani designasse non videntur, de quibus Ioannes Genadius hanc scribit historiam & flebilem & abhominandam: Temporum Lodouici Bauari Imperatoris in contemptum relligionis Christianæ fratres Neapolitani dissidentibus Papis, flagitiosam quandã simul & turpissimam excogitabant sectam. Nam conuenientibus in antris locisq; abditis, quos in eam turpitudinem allexerant viris & fœminis, Sacerdotes qui inter ipsos habebantur, vt crimen honestate prætexerent, diuinas laudes Christiano more præcipiebant. Quibus intempesta nocte peractis, Sacerdos pro concione quædã præfatus, ad confirmandos in nephario errore animos, in eo maximè erat occupatus, colen-

dam esse ante omnia charitatẽ, quam esse omnium virtutum caput, sacræ literæ testarentur, & hanc potissimũ inter homines autore Deo conciliari posse, si spiritu sancto, bini masculus & fœmina, Venereo complexu iungerentur. Cùm igitur quam quisq; oculis prænotaret, extinctis luminibus viciasset, tunc demũ peracta sacra censebantur, ij enim in publica professione docebant, non hoc esse Christi testamentum, Pacem meã do vobis, pacem meã relinquo vobis, sed τὸ crescite & multiplicamini, & replete terrã. Quo compressu si quæ concepisset, deportari ad se partum sacerdotes iubebant, qui solenni more, in loco sacrificijs dicato conuenientes, Infantulum subiecto igne, ad Cineris vsq; comburebãt, quos vrna exceptos, ceu rem sacram reponebant. Cumq; erat aliquis colle-

gio ſacerdotum coaptandus, illis cine-ribus cum vino epotis initiabatur. Quòd ſi pontificem eorum maximum mori contigiſſet, vt omnis abeſſet in-uidia, & res non humano ſed diuino conſilio agi videretur, hic erat in de-mortui alterius ſubrogandi ſtatutus modus. Infantem illo flagitio conce-ptum, ad locum ſceleribus deſtinatũ, iuſſa mater haud inuita deportabat, & vbi vulgo aſtante, ſacerdotes con-ſiderant, tam diu per cõprimentes ma nus in orbem tradebãt, donec miſerri-mus infans pernecatur. Hæc geſta ſunt ſub Aegydio, Epiſcopo Romano apud Neapolim. Quod dæmones re-quirant ſacratas veſtes in ſua euoca-tione Lutheri fabula liquet in Poſtil-la: Aedituus inquit à diabolo auri ab arena ſeparationem diſcere cupiens, promiſſum accepit à Sathana, circiter

horam vndecimam ad se venturũ modo casula sacerdotali indueretur. Aedituus verso compasso & horologio diligenter obseruabat statam horam, ac circiter vndecimã casula induebat se. Adueniens Sathanas pulsabat fores, quo externatus Hierophylax. proiecta Casula quisnam adesset interrogabat, respondebat Diabolus illum Parochum vocare debere, ac Sacramentum cum illo aliquo ferre. Hierophylax abiecta Casula procurrebat, neminem tamen reperiens, idq; iterum faciebat euocando hominem. Tertio adueniens Sathan, se Parochum summa cum indignatione præstolari confirmabat, vnde nulla facta mora veniret. Egressus itaque absq; veste iam sæpius dicta, cùm iam stata hora elapsa esset, videt primum esse Sathanam, quem festinantem domum rursus, vt

Casulam obseruaret, Diabolus nō seruans promissum, venit in hanc sententiam, ne abeas, tempus statum neglectum est, ac eo apprehenso collum eius fregit, ac proiecit. Ecce astutias, ecce fraudes circa sacras vestes vt eludat: Et quo pacto idem sese in angelum lucis transformare soleat, aliam habeto ex eodem historiam in libro de Missa priuata & vnctione sacra: Ego, inquit, in adolescentia mea audiui quandam historiam, quendam Concionatorem cùm iam deberet cōscendere suggestum, subita ægritudine correptum. Ibi superuenit quidam ignotus, & obtulit se pro ipso concionaturum. Arrepto autem libro parauit se ad concionem. Et cùm iam conscendisset suggestum, adeo eruditè, & piè, & patheticè dixit, vt animis omniū repente permotis, tota penè in lachrymas soluere-

tur turba auditorum. In fine autem concionis, eiusmodi dicto clausit, vultis inquit scire quis sim? Ego sum Sathan, ideo tam cōcitatè & vehemēter apud vos de Euangelio peroraui, vt eo acrius accusare vos possim in extremo die in vestram damnationem. Nec mirum, nam per malos (inquit ille) accipimus bona & beneficia Christi. Nam cùm Iudas damnaretur, & descenderit in Infernum, non vnà abstulit apostolatum, sed loco Iudæ surrogatus est Matthias. Functiones enim perpetuo manent in Ecclesia, personæ subinde mutantur. Et Sacramenta suam habent efficaciam, quicunq; modo vocentur, dummodo ministrent secundū institutionem & verbum Christi. Vt si imponas sessorem, Ego, etiam nudum puerum, tamen Caballus perinde graditur, ac si Cæsar Imperator illi insideret.

ret. Solet etiam Dæmon in energumenis variè ludere, modo obsessos, modo ventriloquos, modo pectoriloquos faciens, imo sæpius omnia hæc in vna & eadem persona, vt de dæmone tradit Peucerus, qui in obsessa puella, sub summa cute muris figura varie discurrebat, mox recondens se in imum ventrem, et euanescẽs ex oculis, mox prosiliens rursus, et sub pectoris aut frontis thorosioribus partibus prorumpẽs, & vt ψυχαγωγὸς videatur, mortua corpora rursus animare videri vult, vt separatas animas redire, ritibus νεκρομαντῶν cõplures credãt. Sic inquit Peucerus, audiuimus Bononiæ fuisse Cithariſtriam virginem, charam multis propter artem, quam vita functam Magus quidam alligato ad alas fascino, ad eum modum Diabolo colludente, adornarat, vt cœtus hominum, con-

gressus publicos, & conuiuia frequentaret, caneret fidibus consueto more, nec à viuis differre videretur, & si palleret plus nimio. Incidit in hanc fortè alius quispiam magus, & animaduersa (diaboli motu) impostura. Cadauer inquit est ista, fascinumq́ tulit, eo amoto, statim ipsa ad terram collapsa iacuit exanimis. Rogerus quoque ijsdem in Cronicis Angliæ hanc etiam scribit historiã: In Insula quadam De Ysa fuit quædam puella, à cuius nomine Insula dicta est, quam quidã Miles dilexit, & illa noluit consentire illi quamdiu vixit, defuncta autem illa, Miles accessit, & concubuit cum illa, dicens quod cum viua ferre non potui, cùm mortua feci, & statim intrauit Sathan in eam, & ait, ecce genuisti in meum filium, & cùm natus fuerit, afferam eum ad te. Et post nouem men-

ses, cùm tempus pariendi instaret, peperit filium abortiuum, & portans eum ad Militem, ait: ecce filius tuus quem genuisti. Abscinde caput eius, et reserua tibi. Quandocunq; enim volueris inimicum tuum vincere, vel terram illius destruere, capitis abscissi vultus disco operiatur, et respiciat inimicum tuum, vel terram eius, & statim peribunt. Et cùm cessare volueris recooperiatur vultus, & cessabit tribulatio, & factū est ita. Post multum verò temporis Miles ille duxit vxorem, quæ sæpius interrogauit eum, qua arte vel quo ingenio, ita ipse destruebat inimicos suos, sine armis & sine exercitu. Ille autem ei dicere noluit, sed increpauit eam vt taceret. Contigit ergo quadam die, dum Miles abesset, quòd illa accessit ad Archam, in qua sperabat secretum illud esse Do-

mini ſui, per quod ille ita operabatur. Ibiq; in Archa inuenit caput illud deteſtabile, & ſtatim abiens, proiecit illud in Gulfo Sataliæ. Hanc hiſtoriam huc aſcribere libuit, vt lector innoteſcat quam diligens ad perpetrata facinora ſit aſſecla dæmon, vt ex vna nece ſequantur cadauerũ myriades. Paulus Scalichius in ſua Encyclopædia, de vocibus & ſignaculis memoratiuis angelorum & ſpirituum hanc ſuam adfert rationem. Quales habent linguas noſtræ mentes inquit, tales habent linguas angeli. Et ſicut ſpiritus Domini linguis angelorũ loquuntur, ita ſpiritus humani auribus mentium auſcultant, Angelorum ergo voces Imagines ſunt, qui ſpirituali voce nominentur, & non clariore, nec ea neceßitate ſibi nomina imponunt, quòd velint palam nominari, ſed ſignacula memo-

ratiua tradunt, quòd cupiunt à nobis recordari, ſic & nomen יְקֹוָק Deus nobis condonauit, non vt illo ſe vocemus, quod eſt ineffabile, adeo vt nobiſcum non ſit verum Dei nomen, ſed figura memorabilis duntaxat, & in philoſophiæ theſibus, Quælibet inquit virtus in Magia voce Dei formatur, & non ſignificatiuæ voces in Magia plus poſſunt quam ſignificatiuæ, & ſola Hebræa nomina, vel inde proximè deriuata, in magico opere virtutē habent, & characteres habēt communitatem ſuam ex radijs cœleſtium, ſecundum certum numerum, in ſe inuicem peculiari quadam proprietate coniectis, vt per appropriationem characterū operi Magico, appropriabitur numerus operi Cabaliſtico. Iam de modo extricandi lemures & malos dæmones, labracis exenterati corde, ſuper carbo-

nes

nes imposito Tobias extricauit omne genus lemurum, & malorum geniorum, & fugabat dæmonium. Moses diuinitus admonitus remedium adinuenit aduersus ignitorũ serpentum morsus, ænei anguis aspectu, & Than signaculum fuit pestilentiosis à mortifero contagio liberandis, haud secus ac sumpto Bezoartico Alexicaco Ezechielis nono, & Christus credentibus in se dedit curare multos χειροδέσια, quam noluit negligi Paulus in Timotheo. Petrus Pomponatius de incantatione scribit Galgerandũ Medicum tempestate sua celeberrimum in Vrbe sua Mantua, Vxorem cuiusdam Francisci Magreti sutoris dæmonio ex atra bile laborantem, & loquentem secundum diuersa idiomata curasse perfectè euacuatione atræ bilis, quæ curatio per helleborismum suas causas physi-

cas

cas habet, Nam lunatici vt ait Cœlius Rhodiginus eorum intelligantur nomine qui dicuntur ἐνεργούμενοι, hoc est obsessi, velut in eos agat μήνυ, hoc est luna, in quibus per atram bilem imaginationi mancipatus animus, facile immundorum spirituum fit conceptaculum, & dæmoniacam virtutem nanciscitur, quam Eusebius Paredrum dici affirmat, alij assessorem. Dæmoniacos præterea veteres vocabãt à nimia capitis humectatione, Cerebríque humorũ exuberantia hygrocephalos, inde à nostris quoq; maioribus lymphationis nomen ductum est, vt vicio hoc affecti vocentur Lymphatici etiã pro Nymphatici, quod genus morbi lycaones & lycanthropos facit, cynanthropos & melancholicos feros & immanes. Et exorcistæ inquit idem qui spiritus per Orationes sanctorũ & asper-

sione

sione aquæ benedictæ fugare profiten-
tur, primo euacuant sic laborantes ab
atra bile. Et Elisæus quærenti ipsum
quarto Regũ capite tertio prophetare
non potuit, nisi manu imposita Psalte-
rio. At quòd hæc cura aspersione aquæ
benedictæ & sanctorum oratione su-
perstitionem coniunctã habere videa-
tur, videre operæprecium est qualiter
phantasia agentis ad operationem in-
terim conducat. Alphonsus Virnesius
aduersus Lutheri dogmata sic habet:
Phantasmatũ agitatio, organicas Ce-
rebri potentias exercens extenuat, et
fatigat, ex quarum potentiarum va-
rietate quæ corporeæ sunt, & ad car-
nis pertinent portionem, opinionũ so-
let varietas exoriri. Et non raro de-
prehensum est euenire, quòd affectus
ipse peregrinis dogmatibus semel ad-
dictus, vsq; adeo in cæteras animi po-
ten-

tentias tyrannidem exerceat, ut eas pro se cogat etiam iudicare, & intellectum quasi refragrantium cogitationum improbitate obruere. Nam Quintilianus inquit, id quod Iudices fuisse volunt, esse facile est credere. Et sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor. Quapropter si hoc experimentum de lunatico dæmoniaco siue Epileptico, quod Io, Anglicus ex Constantino, Gualterio, Bernardo Gyberto traxisse se asserit, Vigoris aliquid habeat, superstitioni id attribuatur. Si patrem et matrem habeat æger, ducant eum ad Ecclesiam, facto à parentibus ieiunio trium dierum, & à patiente, si sit tantæ ætatis, quòd sit compos sui, & confiteantur, Deinde vadant die Veneris, in ieiunio quatuor temporum, et audiant Missam de die, et similiter in

die

die ſabbati, die dominica ſequenti. Sacerdos bonus religioſus legat ſuper caput patientis in Eccleſia Euangelium quod legitur tempore Septembri, tempore vindemiarum poſt feſtum ſanctæ Crucis, in diebus quatuor temporum, tunc & ſcribat illud idem deuotè, & portet circa collum, & curatur. Et eſt Euangelium vbi dicitur hoc genus dæmonij, nõ eijcitur niſi in ieiunio & oratione. Experimentum ad probandum vtrum cadens ſit lunaticus vel Epilepticus ſic habet. dicatur in aure infecti recede dæmon vel exi, quia Effimolei tibi præcipiunt. Si ſit lunaticus vel dæmoniacus, efficitur ſtatim quaſi mortuus prope vnam horam, & eo ſurgente interroga eum, & de quacunque re volueris dicet tibi. Et ſi non ceciderit audito hoc nomine, ſcias ipſum Epilepticum eſſe, quoniam epilepticus, luna-

 ticus,

ticus, & dæmoniacus quodāmodo sunt similes, hic habes ceremonias picturas verborum, habes et Barbarorū energiam & efficatiam cum adiuncta credulitate. Barbara sæpius hic sunt omnia, Basilides hæreticus, Prophetas suos nuncupauit Barchaban, & Barchob, vocabulis Barbaris, vt esset ipsa appellatio terribilis, vt mysticæ vocis Abraxas nomē. Et ad morem Pythagoricum, sectatores suos docuit silere quinquenniū. Eusebius lib.4.cap.8. Simonis Magi quoq;, qui Romam ingressus, vtebatur adminiculo aßistentis sibi, & adhærentis dæmoniacæ virtutis, quam πάρεδρον vocant, atque illius sceleris ac turpitudinis, Sociæ Selenes mysteria dicebantur, vulgo ineffabilia, quæ cum primogenis audierat, mente excedebat, & eorum quasi virtute perculsus, velut attonitus manebat,

bat, & vsq; ad amentiã veniebat. Euseb. lib. 2. cap. 12. cui Simoni Menander succedens, nõ solùm referebat eius impietatem, sed longè superans, maiorib. portentis efferebatur, sese seruatorem dictitans, ex Olympo ad hominũ salutẽ demissum, docensq́ nullo pacto dæmones ab hominibus vinci, aut cogi posse, quã artis Magicæ disciplina, & baptismo ab eo traditis, ex quibus immortalitas humano generi proueniat. Sic Zoroaster, Ostanes, Apustorus, Zaratus, Marmaridius, Hippocus, Zarmocenides, Simon Magus, Apollonius, Carpocrates, noua mentiebantur miracula, ostentantes stignata manuum & pedum ac lateris, quæ non à Deo aut beato Angelo acceperunt, séd ipsimet sibi ipsis intulerunt, quo persuadeãt se frui Dei cõsortio ac sanctorũ, cum tamẽ membra sint diaboli. Sic

ſub Henrico filio Ioannis Regis Angliæ dum celebraretur concilium prouinciale apud Oponiã à Stephano Cantuariæ Archiepiſcopo in Eccleſia de Oſneyæ quindecim dies poſt paſcha, aderat ibi laicus quidam qui ſe crucifigi permiſit, in quo omnia Cicatricum & vulnerũ veſtigia in manibus, pedibus ac latere perforatis, & in capite apparuerunt. Ideo dæmõ omnia quæcunque poteſt diuina æmulatur, & multo accuratiſsime miracula, quòd vidit eã rem maximè ad diuinitatis potentiam accedere quæ eſt ſupra naturam, & ſe conſcium fingit vel ipſorum cogitatuum, vt homo in contemplanda potentia diuina titubet, & vacillet. Et ne quis miracula ſua naturæ potentia fieri ſuſpicetur, iubet adhiberi verba à re alieniſsima, Imo lupus ille induens pellem Agninam, addi vult verba ex
ſacris

ſacris literis, velut verſum aliquem Pſalterij, aut ſententiã ex ſancto Chriſti Euangelio, aut recitari Miſſam vel Miſſas, & ſub ſacro linteolo poni fabas, aut Cicera certo numero, aut funiculum tot modis aſtringi, quoties recitatur nomen Ieſu in paſsione, adeo vt diabolus natura & angelis voluntate ſemper ſit Deo inimicus. Hæc viues de veritate fidei Chriſtianæ. Cui hæc aſſcribit Malleus Maleficarũ, dæmones homines ad certa augmenta lunæ vexare propter duo, vt infament lunam creaturam Dei, & quia non poſſunt operari niſi mediantib. virtutib. in cerebro humidiſsimo, parte corporis ſubiecto lunæ, cui proprium eſt mouere humores, & ita animales in eo virtutes ſecundum augmenta et decrementa lunæ. Magiſterulus quoq; & Specillum fingit ſe falſo caſtitatem amare quam

tamen odit (cum castißimã virginem, quã extensam mulierẽ per contemptũ vocari vult, summè odiat, eo quòd ea aut potius illius filius & semen caput eius contriuit) quærit tamen quantũ potest diuinis rebus & cæremonijs sese cõformare, vt sic sub spem boni apparentis, credentes facilius decipiat. Atq; ideo virgines & pueros mares vel fœminas expetit a Magis, vbi in speculis vel vnguibus maleficorũ furto sublata, vel alia occulta habẽt manifestare, licet per corruptos idẽ ostendere valeret. Hæc ille. Præterea hoc præcipuo et indefatigabili studio agit, vt Ecclesiam & publicũ ministerium, vel aperta violentia per tyrannos, vt Pharaonem & Herodem, vel impijs dogmaticos per hæreticos prorsus deleat & extinguat, ne vllus in humano genere beatitudinis cælestis, à qua ipse

ipse sua malitia excidit particeps reddatur. At creationem rerum non ita oppugnat, etsi ordinem diuinitus institutum perturbet, aerem inficiens, nocentes pluuias excitans, perdēs fruges, accendens odia & iniusta bella, ne ex humano generi colligatur filio Dei æterna ecclesia, quia multi, rebus ad vsus humanos conditis à Deo, ad perpetuum suum exitium, tum animæ tum corporis abutuntur. Et cum modis tantum quatuor sese reuelauerit Deus & apparuerit, per verbum suū Patriarchis & Prophetis, & Ecclesiæ in ministerio verbi & sacramentis, in somnis sicut in Bethel & Ai, per visionem in extasi vt Abrahā, vt paulo perducto ad tertiū vsq; cœlū, aliqua visibili specie vt Abrahā et Mosi, quæ reuelatiōes Dei & angelorū verè cū ἀναλογίᾳ fidei cōsentiūt, reuelatiōes

inuenit Gregorij & similes, ex quibus εἰδωλομανίαι, & inuocatio mortuorum in Ecclesia ortæ sunt. Hinc orta est persuasio de purgatorio, de pœnis & cruciatibus animarũ post hanc vitam aspectis sub Grægorio circa ann. 590. quando re vera, vt inquit Lucas Lossius in Alcninum Ecclesia afflictionibus in hac vita tantum subiecta est, vt in illis agnoscat reliquias peccatorum hærentes in carne corrupta, vt inuitetur ad pœnitentiam agendam in hac vita, quòd post mortem non sit locus veniæ Psal. 113. Non mortui laudabunt te Domine, quoniam non est in morte qui memor sit tui, et Ecclesiast. cap. 9. Mortui nesciunt quicquam, & non est eis amplius merces, promissio baptismi duas tantum vias morituris proponit vitæ, vel interitus qui crediderit & baptisatus fuerit, &c. & vlterius

terius ad ſtabiliendã εἰδωλομανίαν non paucos ad ſola vota ſanctis falſa religione facta creditur, vel templis Idolorum adhibendo fidem, vel contactu aut contritu oſsium, quæ de ſanctorũ cadaueribus collecta ac reſeruata ferebantur curaſſe, vt reſtituiſſe amiſſam virium integritatem, vt inde nata peruaderet in animos hominum opinio, quæ aucta ætate, & roborata inueterauit, vt plus valere longeq; validius obortas corpori ægritudines, euellere atq; extirpare, ſola vota ſanctis delata ſtatuiſue, quam remedia exiſtimarentur. Ad hæc mendacia, commenta, & fabulas Iudæorum de miraculis Iudæis interſerebat frequenter. Narrant quidã inquiunt fuiſſe in templo tecto Solomonis Margaritũ quoddam ibi à Solomone collocatum, in quo Rex arte et ſapientia illa ſua, Nomen

Dei verũ insculpserit, quod legere quidẽ quisq; poterat, sed addita erat in eũ execratio, qui exscripsisset, aut didicisset. Excubabant quoq; leones duo pro tẽpli foribus, catenis alligati, quos ibi Rex idẽ posuerat, obseruãtes num aliquis edidicisset. Quod si fecisset, ita rugiebãt atrociter, vt ille expauefactus obliuisceretur. Sin verò exscripsisset, partim ex leonũ rugitibus, partim ex grauissima cõtestatione, rumpebatur ilico medius. Iesus autẽ Ben Ioseph & Ben Maria, pro nihilo execrationẽ habens & leonẽ, descripsit nomẽ illud in schedula, et ne abscrutantib. inter vestimenta deprehẽderetur, discidit scalpello aliquantulum ex pelle suræ, ibiq; cõsuit. Et quamuis in templi exitu, supra solitum, leones rugitent, atq; indagarẽtur, ille nihilominus magna vsus animi cõstantia, euasit illorũ vim atq;

fero-

ferociam. Et deinceps ope diuini nominis adiutus admiranda illa perfecit, et vt maiestatē omnipotētis Dei extenuaret, ex limo terræ hominem creantis ab initio manibus gentiū Philosophis, Anaximādro, Empedocli, Anaxagoræ, Platoni, Diodoro Siculo, Pausaniæ Iustino, Straboni, Pico Mirādulæ Comiti in nonaginta quæstionibus, hominē pingui terra Solis calore tēperata, vt reliqua animalia nasci posse, quod et affirmat Aristides in Panathenais, ideo vocās Athenienses Solos nobiles, quia à terra primū genitos. Auorū etiam memoria in Canaria et alijs Insulis fortunatis, dæmones varijs formis adhibebant se illis populis cōspiciendos, & eos alloquebantur, inducebātq; ad multa genera sacrificiorū sæua et horrēda, vt ad paruos filios iugulādos, exnecandos, et alia huiusmodi.

At posteaquã deuicti sunt armis Hispanorum, et Christiana pietas illis est audita, fraudes illæ omnes, tanquam caligo luce immissa, discussæ sunt atq; euanuerunt. Nostra quoque hac memoria inquit viues in Insulis Occidentalib. & nouo hoc orbe Hispanicis nauigationibus reperto, dæmones per vias omnes, & compita, frequentissimè homines illos alloquebantur, & quæ fieri vellent admonebant. Vbi verò Christianæ doctrinæ magistri eò venerunt, magnum illico silentium omniũ, magna fuga, videlicet tenebras dispellit lux, mendacium veritas. Idem veterator Ephesiorum Dianam nõ illam venatricem, quæ arcum timet & succincta est quam multi manniam, & πολύμαστον vocabant Ephesijs præposuit, vt scilicet ex ipsa quoque effigie, mentirentur omnium eam bestiarum,

& viuentium esse nutricē, & vt imaginum cultum, vtcunq; stabiliret etiam in Christi regno multas fingit crucifixi Christi imagines fuisse loquutas, atq; ideo beati Thomæ Aquinatis scientia creditur fuisse eidem inspirata, & ex mentis raptu & orationis merito impetrata, qui et ab Apostolis Petro & Paulo circa Esaiam instructus fuit. Quoniam & apud Neapolim vocem audiuit de imagine crucifixi. Thoma bene scripsisti de me, quam recipies â me mercedem? Qui respondit, domine non nisi te. Verū dicitur efficacem fuisse Thomæ orationem, non respondet tamen analogiæ scripturarum ex loquela crucifixæ imaginis illius scientiam fuisse impetratam, vt inde coleretur Imago. Dominus nō ideo in Rubo apparuit Moysi, vt rubi materiam honorandam percenseret, sed vt per

eius ſpinas peccata pro quibus lex venerat demonſtraret, quia per rubum peccata non eſſe ex natura euidenter monſtrabatur. Rubus enim radicem non habet ſpinis armatam, cum in ſuperioribus ſpinis denſetur, & ideo ab igne cõbuſta nõ eſt, vt innueret per legem peccata non eſſe delenda, ſed tantummodò oſtendenda. Neq; Franciſci Stigmata inde principium habuiſſe videbuntur, quòd Chriſti mortem tam iugi & valida meditatione complexus eſſet, vt cum eam in ſe iamdudum animo tranſtuliſſet, & cruci affixus, ipſe ſibi cum ſuo domino videretur, & tandẽ ab animo ad corpus verum, rei effigiẽ pia transferret opinio. Scimus quod præter corporis habitum ad portentoſas affectiones cõſuetudo multum conferat. Viuit adhuc, inquit Mirandula contra Aſtrologos homo igno-

ignotus, prodigiosæ libidinis & inauditæ. Nam ad Venerem nunquam accenditur, nisi vapulet. Et tamen scelus id ita cogitat, sæuientes ita plagas desiderat, vt increpet verberantem, si cum eo lentius egerit, haud compos planè voti, nisi eruperit sanguis & innocentes artus, hominis nocentißimi, violentior sæuitia deseruerit. Efflagitat ille miser hanc operam summis precibus, ab ea semper fœmina quam adimit, præbetq́ue flagellum pridie sibi, ad id officij aceti infusione duratum, & supplex à Meretrice verberari postulat. A qua quanto cæditur durius, eo feruentius incalescit, & pari passu ad voluptatem doloremq́ue contendit, vnus inuentus homo, qui corporeas delicias inter cruciatum inueniat. Is cùm non alioquin peßimus sit, morbum suum agno-

agnoscit, & odit, quoniamq; cui familiaris, multis iam retro annis, quòd pateretur liberè patefecit. A quo diligenter tam insolitæ pestis causam cũ sciscitarer, à puero inquit sic assueui. Et ne rursus consuetudinis causam interrogante, educatum se cum pueris scelestißimis, inter quos conuenisset, hac cædendi licentia, quasi precio quodã, mutuum sibi vendere flagitiosa alternatione pudorem. At inter fratres solũ Franciscus Stigmata habuisse dicitur, non ex meditatione aut forti imaginatione sed ex seipso, vt cõuictantibus fratribus suam hypocrisim faceret multo commendatiorem. Exuscitat certe in multis Sathan vafrum ad mala multa ingenium. Sic Eunus Syrus phanatico furore simulato seruos quasi Numinum imperio ad bellum concitauit, idq; vt diuinitus fieri probaret,
in ore

in ore abdita nuce, quam ſulphure & igne ſtipauerat leuiter inſpirans, flammam inter verba fundebat, quo miraculo ſexaginta amplius milium hominum coëgit exercitum, oppida vaſtauit, Romanorum Prætorum caſtra diripuit. Sacerdotes veteris religionis, dæmonum Antiſtites, vt prætextu religionis diteſcerent, deos homines morbis excruciare fingebant, qua fraude Mahometes morbum ſuum comitialem celauit, & fidem ſuæ ſuperſtitionis conſecrauit, Impius religionis Turcarum author, id religionis ergo fieri cauſatus, quòd choruſcam Angeli faciem, qui de inſtauranda religione cũ eo communicabat, dixit ſe ferre non poſſe, quin ſemper auerſo vultu caderet. Et Magia nata primo è Medicina, quæ ſpecie ſalutari irrepſit, velut ſanxior et altior Medicina, blandiſſi-

mis & desideratißimis promißis addidit vires quoq; religionis, ad quas etiam eum maximè caligat humanum genus, atq; vt hoc quoq; suggeret, instituit artes Mathematicas, nullo non auido futura de se sciēdi, atq; ea e cœlo peti verißimè credenti, quæ ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tātum fastigij adoleuit, vt etiam hodiè in magna gentium parte præualeat, cuius ductu pro votis diuis nuncupandis Ficinus vir aliâs pius & doctus hanc historiam nectit. Pater meus Ficinus Chirurgus, Florentiæ suo seculo singularis, ductus olim fuit à rustico quodā nomine Pasquio, ad curādum filium eius Thomā, caput grauißimè vulneratum. Medicus inspecto incurabili vulnere, puerum paulò post procul dubio peniturū existimās, recesßit inde tanquam non rediturus,

paren-

parentes infirmi à Medico destituti, diuam Mariam pro nati sanitate supplices obsecrauerunt. Igitur eadem qua illi orabant hora, Ficino in itinere sub quercu, vel oscitanti, vel certissimè dormienti Mulier quædam visa est, aspectu admodum veneranda, ita eum compellans. Quid ingratus erga Deum es Ficine? Quæ ab eo gratis accepisti non das gratis? Respondit ille, Panem do quotidie mēdicantibus. Subiunxit illa, artis quoq; tuæ munera egentibus aliunde largire. Post triduum redijt ad Medicum rusticus ille, orans vt ad filium curandum reuerteretur. Quod quidem valde miratus est Ficinus. Nam obijsse illum arbitrabatur. Accessit gratis tū præterito Somnio, tum voto parentum admonitus. Narrauit Rusticus quæ vota, & qua hora fecisset. Deniq; puer præter spem

Medici, artemue medendi, ſanus eua-
ſit, ex eo tempore Ficinus ſæpe pro ſa-
lute eorum, qui curæ ſuæ ſunt commiſ-
ſæ, vota Mariæ fecit, & fæliciter ſuc-
ceſsit, Quamobrem amicos tuos mone
(inquit) ne ſpernant vota. Iam deperi
aptis & amuletis, quæ phyſica liga-
menta dicuntur, de quorum ſubſtan-
tia, vaporum defluuia inſpirata, vires
corporis reficiunt, & internam mor-
bi cauſam alterare poſſunt apud Me-
dicos lis non vertitur, id quod contra-
cta tridens torpedine marina decla-
rat, cuius vi piſcatoris manus obſtupe-
ſcit. Et Echineis piſciculus, quantum-
uis velocem curſum, nauis ventorum
procellæ agitatæ ſiſtit. Sic Melanthij
ſemen cætarrho medetur, radix pao-
niæ albæ Epilepſiæ, ſtercus lupi coli-
cis. Sed aniles verſiculi ex ſacræ ſcri-
pturæ verbis, aut barbaris dæmonum
nomi-

nominibus concinnati, annuli ſigilla deſpuendi ſunt inquit Ioannes Laugius Lembergius in Epiſtolis Medicinalibus. Et quanquã Cerea ſigilla vexilliferi agni figura expreſſa, et aquæ Chryſmatis mixtione conſecratæ immerſa, tanquam Symbola baptiſmatis amuletaq; ſacra baptiſati accipere conſueuerant, quæ agnos Dei vocabant. Quæ cæremonia ante Conſtantini magni imperium vſitata fuit teſte Io. Alberto Vuidmaſtadio in præfatione ſua in teſtamentum Syriacũ, quorum ſigillorum credita virtus his carminibus concluditur. Balſamus & munda cera, cum Chryſmatis vnda, conficiunt agnum quem munere dotili magnum, fonte velut natum, per myſtica ſanctificatum, fulgura deſurſum repellit & omne malignum, pregnans ſaluatur, ſiue partus liberatur, por-

tatus mundæ ſeruat deflučtibus vndæ, peccatum frangit, vt Christi ſanguis & angit, adeo vt paulo ante Conſtantinum & cum Conſtantino peryſſe Ecclesiæ pietatem, & verum Dei cultum hinc coniecturare liceat. Audiamus ergo de Phyſicis ligaturis & aliorum ſententiam. Picturis inquit Iaſon à pratis Zyxuiceus, vocibus ac ſibilis nihil deciditur, quod ſuppeditas adferre queat, niſi quis dæmon operam ſuam intermiſceat. Antonius Caracallus Imperator, eos damnari iuſſit qui remedia quartanis tertianiſq; annexa geſtarent. Et Galenus libro decimo de facultatibus ſimplicium, Medicamentorum ſubſtantia inquit eſt, non voces vt quidam facere præſtigiatorũ ſolent. Theophraſtus libro nono de hiſtoria plantarum, Abſurda illa putentur, quæ alligata, & venefi-
ciorum

ciorum aduersantia vocitantur, et tũ corporibus, tum domibus vnicè opitulari creduntur. Augustinus libro secundo de doctrina, &c. cap. 19. & 20. inquit ad genus superstitiosæ doctrinæ pertinent omnes ligaturæ atq; remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat, siue in precationibus, siue in quibusdam notis (quas characteres vocant) siue in quibusdã rebus suspendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporũ, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, & ϛοιχειωμαντικοὶ tamen vulgo dicuntur, qui sigilla atq; imagines ex mixturis ad stellarũ cursus, vt præstigiatorum annuli, tum ad sanandos morbos, tum vel ad effectus alios, vel corporis vel animi curandos, cuius generis erat apud Romanos דַבֵר

אַבְיס abracdabar pater temÿs verbi Ioseph nomẽ in trianguli forma in collo suspensum, de quo Quintus Serenus, & sub papatu mysticus character in præfatione Missæ, de quo in visionibus frater Robertus sic habet: Die dominico, cum verbum domini populo prædicassem, post corporis domini nostri Iesu eleuationem in oratione prostraui me, & vidi: & dixi, quid hoc est domine Deus, dixitq́ spiritus in me finis mundi, Nam per D clausum diuina figuratur natura, nec finem nec principium habens, per V natura humana, quæ principium habens in sancta virgine, fine caret, tractulus in medio vtramque partem copulare crucem significat, per quam humana associantur diuinis. Et Augustini opinio de cura pro mortuis agenda scribentis pro manibus euocandis

hæc

hæc eſt. Non Samuelis inquit euocati ſimilitudo, aut ſpiritus aliquis malus in illius ſimilitudine Saulo apparuit, ſed reipſa ipſe Samuel. Quando dicit Eccleſiaſticus cap. 46. quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit, Et Moſes in Deuteronomio cap. 34. mortuus, in Euangelio Matthæi 17. cum Helia qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe vidẽtibus. De characteribus naturalibus ſic cum Hieronymo Vuleſio cenſuiſſe ſatis eſt, pinxit Deus cœlum, mirabili quadam ſcriptura, quam ſi perfectè poſſemus legere, perfecti eſſemus ſapienter pinxit in facie, in manibus, in habitu totius corporis, ingenia, mores, fortunas hominũ. Sed nos eam ſcripturam, aut non intelligimus, aut negligimus, atq; ipſi nos beluis æquamus, quæ ſolo ſenſu ducuntur, cum magna ſit mentis excellentia atq; di-

gnitas, & in melancholico sanguine, qui cum attenditur, quandam cum ætheris natura habet similitudinem, ex quo scaturi eius spiritus cum supremis corporibus quandam veluti familiaritatem ac necessitudinem trahit, cum cuius sortis mortalibus, gaudent & concupiscunt cælestes dæmones commercium, propter imaginationis excellentiam dæmones mira operantur. Sic Apollonius Theameus imaginatione et acumine ingenij Ephesi apprehendit semen, sub cuius figura latebat dæmon, qui sola præsentia totá ciuitatem peste cõtaminabat, adeò vt æthereus dæmon moueat ad contemplationem æreus ad negotia, aqueus ad voluptates. At cũ dæmones cupiant maximè ex vera futurorum prædictione titulum diuinitatis sibi arrogare, errant tamen quando futura ex cælesti-

bus

bus causis prædicare attentant. Syderum quidem cursus agnoscunt, sed eorũ influentias, & proprietates ignorant, quæ soli Deo patent, à cuius tanquam fini motus voluntate pendet variatio cælestium influentiarum ad inferiora demissarum. Nam si cælestes causæ quas ipsi dæmones callent, certè & inuariabiliter influerent, nusquam ex eis fallerent, sed semper vera prædicarent, cupidine diuinandi, præterea cum naturæ nil magis repugnet, quam vt suum ipsa moliatur excidium, cuius ordinato nimirum motu & lumine suo cœlum conseruat Elementa, vniuersiq́ ordinem ac dignitatem, non secus ac vis potestasq́ particularis in corde residens, continet ac fouet corpus particulare, ne defluat neq; dissoluatur, conscientiæ terrore interdum, & metu iudicij diuini et æter-

ternarum pœnarum, veritas confessionem veritatis dæmonibus inuitis exprimit, qua causa occurrebat Christo obsessus à tota dæmonum legione, qui procul venientem agnoscebant & confitebantur missum à Deo, vt opitularetur generi humano cõtra diabolum, et conculcet caput serpentis, & metuentes pœnas decretas ipsi clamabãt, Cur venisti cruciare nos ante tempus? Apollo item rogatus quomodo Deus colendus et rogandus erat, etiam porphyrij Christianorũ hostis testimonio in decimo libro ἐυλογίων φιλοσοφίας, inter cætera verba quæ de eius mirabili natura profudit, asserebat quòd Deus erat παντόπατερ, hoc est Rex vniuersalis. Et idẽ rogatus alibi à quodam Theophilo, an ipse Deus esset, respondebat Deum habitare ἐν πυρὶ, in igne vide cœlum ἐμπύριον, quod est cla-

ritas æterna, flagrans â diuinitate, ad quod nostrum hoc cœlum, in lucerna quidem videri potest, in quo Christus est Sol, cuius beatitudo θεοgία dicitur, hoc est contemplatio diuinitatis. Nam idē asseritur ex illa largissima luce accensa esse omnia lumina cœlestia Solem & Lunam. Atq; igitur vocauit eum Philo Iudæus Platonicorum eximius πανάνγειαρ, id est omnilumen luminositatē, cui scintilla est lux solaris & omnium syderum. Et idem rogatus, an quis peccans Deū latere posset, respondit nemo, omnia plena Deo, & peruigili oculo cuncta cernit Deus, adeo vt per Christum Iesum nunc mala non sunt mala, nisi malo homini con tingant, vt hydropi potus, πληθωgιχῶ cibus, auaro aurum, furioso gladius, tyranno regnum, impio mors, opes ma lo, sed quia varie ludit dæmon in somnijs

nijs (etiamſi diuinitus interdum contingant) ſic ſcribit Artemidorus de ſomniorum interpretatione. Viſus eſt ſibi quidã exercitus imperator in Machæra ſua ſcriptas eſſe tres literas Græcas ιωθα, cappa, θῆτα, gerebatur autem bellum Iudaicum in Cyrene, & is qui ſomnium vidit, fortiter ſe gerens, in bello victor euaſit. Atque hoc erat quod diximus, per ι, enim Iudæis, per κ vero Cyrenæis, per θ, more hoc eſt θάνατος ſignificabatur. Ariſcander item Alexandro Macedoni Tyrũ obſidenti, & propter temporis moram triſti & anxio, & per ſomnium ſibi videnti in ſcuto ſuo Satyrum ludentem, indicauit fœliciter ſomnium, & per nomen σὰ τύϛος ſic diuiſum, quòd tua eſt Tyros ſignificauit, & Regem ad bellum alacrius vrgendum concitauit, et vrbem eum capere ſignificauit, verũ

hoc

hoc ex ratione nominis. Robertus Ricardi tertij Normannorum ducis frater, ex quadam puella, forma elegāti concubina, pellionis filia, cui Herletta nomen fuit, Guilielmum filium suscepit, ea nocte qua primum cum duce cubauit, pudoris causa, noluit interiorem tunicam lineam exuere, Sed cum Robertus expediret se ad nauandam operam liberis procreandis, ilico eius partem superiorem interscidit. Et interrogata à duce cur ita faceret, respondit, non decere se eam tunicæ partem extremam, quæ sibi pedes circuiret, ad os domini sui vertere. Eadem puella priusquam pareret, somniasse fertur, intestina sua in altum ferri, explicariq; per omnem Normanniā ac Angliæ ambitum. Ex qua re futura Guilielmi magnitudo, facile à matre sperari cœpit. Verum si Nescoris vulgare di-

re dictum hic locum habent τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι. Somnia diuinitus accidere quid dæmones inculpamus? Et Homerus lusit venustè de duabus somniorũ portis, quarum altera sit aditus inanium, altera significantum, verum somnia hic tetigisse voluimus, quia hæretici sacrificatores & orantes, qui ἐνθουσιασταὶ & εὐχῆται dicebantur, de quibus Eusebius lib. 7. cap. 11. somniorũ phantasias prophetias appellabant, et quia ex somniis Pentagonum ratio habita est secundum cœlum. Antiochus Soter, prælio cum Galatis congressurus, in quiete arbitrabatur, Alexandrum sibi aßistere, monereq́; vt priusquam in aciem milites produceret, non aliud proponeret illis signum quàm ὑγιαίνειν, id est, bene valere. Quod cum is nõ neglexisset, nobilem de hostibus victoriam est assecutus, somniorum non mi-

nimam

nimam causam tetigit is qui dixit imagines somnij phantasias esse vigilantum, vt auræ linguarum flant sæpius à pectoribus opinātium. Nam somnia sunt falsarum imaginum ludibria, vt sues de furfure somniant, et parasitus de nidore carnium, & similia sunt vigilantis operibus somnia dormientis. Sex aiunt esse vias quibus futura homini sunt denunciata, somnia, portenta, aues, intestina, spiritus, et sybillam, At somnia videre à fortitudine imaginationis cōtingit, intelligere autem à fortitudine intellectus, diximus superius genium magorum & immortalium ingeniorum opificem requirere rarißimum quendam & insignem admodum ætheris confluxum, cùm de melancholia loqueremur, quoniam instrumenta præcipua, quibus animus in hac natura versatur, spiritus quidam

ætherei sunt, qui motu posituque syderũ, conueniunt in compositionem humanam, de cuius agili natura, angeli vocari volunt Cherubim et Seraphim aues vel venti & feruentes siue ardentes in ignis specie vt in rubo, & in translatione Heliæ, vt visibili habitu declarat, possent sui ministerij modũ, quorum luci confinis est, anima mundi, Regina cœli & virtus qua cœlum regitur, à quibus longe distat apher, hoc est Chaos siue hylinguæ sunt nomina mundi nascentis, & non dũ nati & perfecti, quod idem est atq; totius mundi medulla, limus & lutilenta compactio, cuius ossa & carnes sunt montes, sanguis succus herbarũ, plantarum & animantium propago, spiritus aqua, sensus, æthereus ignis et substantia luminum cœlestium.

DE

DE SVPERSTITIone, cap. 17.

QVI exactißimè superstitionem definiunt, aiunt eam esse credulitatem quandam verbo Dei destitutam, alij aliter sentientes aiunt res vocari superstitiosas, qui filios suos superstites optant, aut qui superstitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superstitibus, colunt domi eorum imagines tanquam deos penates. At vetusti eos superstitiosos vocabant, qui nouos ritus sibi assumebant, vt in deorum vicem mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabant, hanc insigniter exercebant Romani in Apotheosi eorum quos post funera deos esse putabant hæc in Magia cōstans requirit silentium, vt in ea quies sit ope-

rosa & opera quieta, vt sermo sit tacens & opus loquens, quoniam in quiete regnum, vt aiunt, est phantasiæ, requirit item credulitatem, quoniam amoris comes est fiducia, & ibi deest amor vbi abest fiducia, Sine fiducia diximus magicas ligaturas parum valere, & in sanguine sistẽdo quibus paria fere in libris de subtilitatibus scribit Cardanus, hi versus nimiũ valent, Te per eum sanguis quo perfidus occidit anguis, Et sanguis cuius mundi precum fuit huius, adiuro, cessa, vena vel nare repressa. Nec isti versus latronibus tollunt nocendi cupiditatem vt pecunia in peregrinorũ loculis etiam obsessorum sic secura, Imparibus meritis pendent tria corpora ramis, dismas & gesmas, medio diuina potestas, Alta petit dismas, infœlix infima gesmas, nos et res nostras, conser-
uet

uet ſumma poteſtas, hos verſus dicas, ne tu furto tua perdas,

Sanguis & liuor ſtet in te, in nomine patris,
ſicut & Chriſtus mãſit in ſe, inter patrẽ noſtrũ, et
Sanguis & liuor ſtet in ſua vena,
ſicut & Chriſtus ſtetit in ſua pœna.
Sanguis & liuor ſtet iam fixus,
ſicut & Chriſtus ſtetit crucifixus.

item & hoc experimentum vt homo tranſeat ſecurè per hoſtes, ſi dicat hæc verba quæ ſequuntur. Irruat ſuper eos pauor & formido in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus domine, donec pertranſeat populus tuus quem formaſti. Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat, Obſcurentur oculi eorum ne videant, & corda eorum ne mala cogitent, & dorſa eorum ſemper incurua, in quibus & ſimilibus ſapiens diſcutit quod audit & probat quod credat. Et quamuis omne

verbum Dei omnipotentis sit virtutis in salutem corporis & animæ, si fidei reuerentia poßideatur, non est tamen eo rapienda, quæuis scripturæ sacræ rapsodia, vt pro superstitione seruiat, quãuis his & similibus arietibus quæstuarij Exorcistæ facultatibus paupe-res et cupiditatibus ditißimè pro pro-feßione sua à voluntate firmata pro-cedente mira & grandia concutiant. Nam ζηλωταῖς & ijs qui impotentius adeoque & superstitiosius & animi quodam morbo quid aggrediuntur se-paratæ potentiæ facilius annuunt. Et cum sit simplicitas odiosa in multis, at in mensuris, vt dicitur maximè piam arbitrantur simplicitatẽ magis Chri-stianam esse, quam quorundam curio-sam vafriciem. Sic morborum ac tem-pestatum depulsio, & exitialium be-stiarum amolitio, apud maiores quoti-

die

die miraculorum numerum augebāt, nam ſimplici quadam credulitate dicitur diuus Ambroſius eadē hora Mediolani fuiſſe & Turonis ad Martini exequias, id quod infima & malediciſsima creatura ſæpius videtur facere in ſtrigibus, hac de cauſa de Protheo ſua fabulantur Græci, qui Magus erat quem adibant Paris & Helena. Hoc hominum genere fraudulentus dæmon gloriam Dei eximere per ficta mendacia aſsiduè conatur. Quare interpres Ptolomæi in quadripartito mētitur Hebræos idcirco mare caricoſum, hoc eſt vt vulgo vocant rubrum ſiccis pedibus tranſmiſiſſe, quod Sinus Arabicus fluat ac refluat, vt inquit, vt Euripi facere ſolent, Hebræosq; obſeruaſſe quando aquæ penitus profluxiſſent, atque ea occaſione mare eſſe tranſiectos. Sic et Herodo-

ti figmentum historiam Ionæ torquet ad Arionem fidicinē astutia veteratoris spiritus, qui nobilissimum typum saluatoris Christi labefactare, vel certè fabulosæ narrationis suspicionibus inuoluere voluit, Et gentes fælices rerum successus tribuunt dijs immortalibus, (vt ipsi loquuntur de Idolis) & humanis præsidijs, rursum calamitates, neglectæ atq; prætermissæ superstitioni, aut astrorum affectibus, hinc, vt inquit ille, Tutelares gentium dij, patriæ protectores & custodes, quas olim reuelare nephas erat originē duxisse videri poterint, quod vnaquæq; regio, imo verò vrbs quæq; suas Planetas peculiares habeat, & imagines cœli familiares, hinc legati Sathanæ, dum pietatem quæstum priuatum putarent, persuadebant vulgo diuorum aduocationem, et tutelarum deorum,

& duodecim auxiliatorum collegia. Hinc Marci, Georgij & Inuentionis crucis, sacri dies superstitiosa quadam gentilitate etiã hodie popularibus timentur, quòd à septimo Calendarum Maij exortu hyadum, Rubigalia celebrentur ad quartum Calendas eiusdẽ. Et cùm vellet (vt qui aptè de picturis sentiunt, aiunt) antiquitas pictura equitis Georgij reges docere quæ munera deceat ferre Deo, & imagine Christophori, monstrare primum doctorem, qui ore sacro populis Deũ prædicat, atque inde voce Græca Christopherus dictus est, hoc est portans Christum, quòd orbi Christũ prædicet, huc tamen rapuit illius imaginem vana superstitiosa, vt sic de ea sentiat. Christopheri sancti speciem quicunque tuetur, illo nempe die nullo languore grauetur. Ex superstitione etiam nata est
 venia-

veniarum & indulgentiarum seges, cum ad purgatorij cruciatus antea aliquandiu tripidatum est, & vt beneficium Euãgelij obscuretur magis, ex satisfactionis assertione, quæ eousque progressa est, vt post hanc vitam putarent animas satisfactione purgari, & per data hebdomadæ diebus gentium nomina, etiam adhuc superstitiose satis, & horæ planetariæ suũ memorabile monumentum habent, & quia antiquitus primus vitæ dies Ioui consignabatur, secundus Marti, & sic deinceps secundum reliquam orbiũ seriem, vt Saturno septimus dies obueniat, inde factum putatur, quòd non ante septimum diem, nomina olim imponerentur, tanquã saluti puerorum tum magis credatur, quæ coniectura Aristotelis est. Moscouitæ præterea putant mortuorum esse Coronam, vi-
dere

dere Solem antequam sepeliantur, atque igitur post occasum Solis neminẽ sepeliunt. Quam mortuorum sepulturam Hebræi etiam satis superstitiose exercebant, cuius ritus talis erat. Calceamentis Coreaceis non vtebantur diebus triginta, nudisq́; pedibus efferebant funus, lintheo super labia, & caput inuoluebant, admodum Turcarum & Orientalium gentium; maximè si quando in publicum egrediebantur. Postremo ad primum prandium, quod extra domum suam agebant, vicini cibum mißitabant, nec phas erat vt de suo vescerentur. Et ille cibus panis lugentium dictus est. Sternutationes etiam obseruamus, cui bene precamur ob hanc causam, Iudæis inquit Elias morbus erat quẽ Italicæ asterantiam dicunt, hic obscurabat os fistulæ cibalis, quæ est in collo qualis est cy-

nan-

nanchia, quo morbo correptus in hora moritur homo, hic ab exordio mundi primum inuasit pueros, dein etiã adultos, & hoc interdũ cum sternutarent, tum euolabat spiritus eorum, & moriebantur, vnde profecta est consuetudo, vt homini sternutanti dicant, salus tibi, inter ritus etiam magis fortè à superstitione differentibus quam á stultitia habetur, vt bibente hero seruus taceat, & magistro mingente, statim aperiatur caput, de quo sic hoc rudi disticho ludere volui, Cur aperis tu serue caput mingente magistro? aut quid dicturus dum bibit ille taces? adduunt etiam simplicitati ingenij & superstitioni, Innocentiam animi, & iure id quidem, si quidẽ innocentes propriè sint, quos cura & studium tenet oraculorum Dei, ac ideo nihil iniquitatis admittunt, vtpote qui in vijs Dei

gra-

graduiuntur, eam viuendi rationẽ am-
plexi quam ille præscribit, sed peruer-
so ordine fit., vt cum sint suis moribus
nequißimi exorcistæ, hanc innocenti-
am, nõ in se, sed in virgine puero quæ-
runt quæ ad vngues ad Chrystallũ ad
circulum ad consecratum libellum su-
as vices gerat. Quæritur & constans
silentium, quia currus igneus, vt aiũt,
silentiũ est, hinc dicitur Pythagoras
à piscibus abstinuisse, propter eius ani-
malis ἐχεμυθίαν, hoc est silentiũ, quòd
inter animantum genera piscibus est
propriũ, vt discipuli sui eos, quasi suæ
disciplinæ domesticos agnoscerẽt, qui-
bus omnibus indixit silentium. Super-
stitionis non longe multa peti possunt
exempla. Ludouicus Gallorũ rex vn-
decimus, diem qui repræsentabat eum
diem, in quem Innocentum puerorum
dies, eo anno inciderat, ex consuetu-
dine

dine obseruabat ita, vt nemo quicquã ad ipsum de negotijs deferret, & mali ominis esse putabat, si quis vlla de re graui & sana cum ipso loqueretur: & ijs qui hunc ipsius morem ignorabant, si quando interpellassent valde irascebatur. De exorcismis cũ plurima antea diximus, de catechumenorũ baptismo dictũ tamen nihil est, de quo sic habe quod ideo fit exorcismus ante baptismũ, & catechismus, hoc est instructio de fide, tanquam quædã præparatio ad baptismum, quoniam antequam homo veniatur Christo, est sub potestate diaboli, & ideo vt diabolus & sua potestas expellatur fit Exorcismus, quos exorcizatores & admiratores dicitur Salomon instituisse, qui inuocarent super catechumenos, vel super eos qui spiritibus malis vexabantur nomen Domini, ita dæmo-

nes ſubigentes, vt ab eis egrederentur. Nam ipſe Salomon effugandorum dæmonum modum inuenit. Non parum (inquit Origines homilia viceſima in Ioſuam) vtilitatis animæ confertur, quòd verba diuinarum ſcripturarum, licet obſcura, aures noſtras penetrant. Si enim creditum eſt à gentibus, quòd quædam carmina, quas præcantiones appellant, quibus iſtud artis eſt inſuſurrãtes, nominibus quibuſdam compellatis, qui neque illi quidem qui inuocant norunt, ex ſolo vocis ſono, vel ſopiantur ſerpentes, vel etiã de cauernis protrahãtur abſtruſi, ſæpè etiã & in corporibus humanis tumores, aut alia eiuſmodi, voce ſola reprimere dicuntur, interdum etiam animæ ſtuporem quendam, & ſenſus item confligere, vbi tamen Chriſti nõ reſiſteret fides, quanto magis totius

præ-

præcantionis & carminis, validiorem et potiorem dicendã credimus, quamcunq; illam scripturæ sanctæ, vel sermonum, vel nominum appellationem. Sicut enim apud infideles contrariæ virtutes, audientes illa vel illa nomina, in carminibus & præcantionibus adsunt, & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocari se ex illo vel illo nomine senserint, officij sui rem quandã ac ministerij, cui seipsos mancipauerint, dependent, eo magis vtiq; cœlestes virtutes, & angeli Dei qui nobiscum sunt, &c. Quia & si nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, illæ tamen virtutes quæ nobis adsunt, intelligũt, & velut carmine quodam inuitatæ, adesse nobis et ferre auxilium delectãtur. Hinc coactus Agrippa videtur hæc scripsisse, tanta est sacrorum operũ rite factorum

rum

rum exhibitorumq́ virtus, vt etiam licet non intellecta, piè tamen & integrè obseruata, stabiliq́ fide credita, nō minorem habeant efficatiam, nos diuina potestate decorare, et alibi vt religio fidem, sic credulitatem requirit superstitio, quæ religionem imitatur, in excōmunicandis, vt ait, vermibus et locustis, ne noceant frugibus, in baptizandis campanis & imaginibus. Nam constans credulitas miracula operatur, etiam in opinionibus & operationibus falsis. Cui opinioni suffragari videtur Postellus in originibus in hæc verba: Voluntate menteue diuina, miracula, spectra, præstigias, incantationesq́ excitari constat, et tam potens est voluntas inferior, vt lubenter illi subesse velit diuina, veluti in benedictionibus aut maledictionibus patrum, in aquarum maledictionum ex-

perimento, in Sacramentorum mysteriys. Quum autem Sacramenta & benedictiones in vtroq; testamento præconceptis formis verborum obseruentur, etiam in verbis nedum in mente vim esse abditam patet. Verum hanc opinionẽ de vi & efficatia verborum etiam non intellectorũ sic discutit Bullingerus in lib. de Sacramẽtis. Quamuis peculiare verborum officium sit, significare, admonere, & commouere, transeunte sono, fit tamen virtus manens si fide recipiatur, non sua virtute, aut quia ab homine est recitatũ, sed propter virtutem eius qui reuelauit verbum. Atq; ideo benedicere (inquit) non est pingere gesta manibusue signum crucis, & adhibito ore ad panem aut poculum anhelare, distinctas etiam syllabas verborum consecrationis, sed laudes Deo canere, siue pro benefi-

neficijs gratias agere. Nam benedicere non est, perinde atq; res mutare, vel res ipsas significatas verbis, pronunciatione, recitationeue verborum adducere, proinde nondum (qui sic agunt) liberi sunt ab incantationis crimine. Vides igitur verborum quid possit efficatia, sine loquentis fide, vnde Chrysostomus, de quo supra, Verba Sacerdotis ore proferuntur, Dei autem virtute consecrantur & gratia. Cum ergo Exorcistæ videri volunt verbales, & in solis verbis plurimam habere fiduciam taliũ euocationibus sponte obediunt dæmones, non tantum propter verba quantum propter credulitatem & coniunctam superstitionem, & tales Elementarijs Christianis similes sunt, qui nihil in Sacramentis prorsus actum putant, nisi accedant externæ ceremoniæ, nec tamẽ infan-

tes à peccato in Baptiſmo mundantur quia aqua tinguntur, ſed quia verbo quod proponitur, creditur. Et dũ Exorciſtæ ventriloqui, Cayphas & dæmones vera prædicant, ita tamen audituri ſunt, qualiter illi in Euangelica parabola, qui in nomine Ieſu prophetias ediderunt, nominatim ſi ſuperſtitionem ad ſacra verba tulerint, cui nunquam annuit Deus ſed ſæpius dæmon, Neſcio vos, nam tales deuouent ſe, & execrantur, & libera malorũ imprecatione animum ad certam aliquam rem peragendam addicunt, votaq́ etiam ſæpius nuncupant et pacta dæmonibus, cũ nemini licet niſi vni Deo vota nuncupare. Nam ſi vnus Deus duntaxat colendus eſt, atq; in rebus omnibus ſpectandus, vtpote cum ex illo, & per illum, & in illum ſint omnia, certè vni tantum vota nuncupanda ſunt.

ſunt. Certe multa ſunt ſuperſtitioſe in Eccleſiam inducta, quibus tamen rationem certam etſi fortaſſe vanam, multi prætendunt, ſic cæca vetuſtas non ſine faſtu quodam primum docuit preces marianas numerare ex Corallio, pro quo Indi olim ſuas vniones conſueſcebant permutare, quòd illud dæmones infenſos arcere perhibetur, corallio in diuiſas formas effigiato, & ex ordine inflato, Sic Iudæos ſuilla carne propter lepram non animi ſed corporis abſtinere aiunt, quòd ſuam gentem in illum morbum natura pronam, et talem cibum morbo illi cognatiſsimum Moſes nouerat. De ſuperſtitione & firma credulitate hactenus multa. Erat inquit Lutherus in Ioannem, in Eremo Anachoreta quidam, is quoties in ſerpentẽ incidiſſet, vtraq; præhenſam manu lacerabat mediam,

 in

in hanc prorumpens sententiã, quam eximia res est pura & innocenti conscientia proditum esse. Et patrum liberi agmina olim serpentum in pallio ferentes, ante parentum effundebant pedes, vnde & parentes illos increpabant, quòd nulla poscente necessitate ne quicquam tentarent Deum. Sed miracula præter necessitatem edere, dũ diabolum anathemate & Exorcismo cogunt periculosum est vt ait. Nam sinit se expelli quidem Sathanas, sed vt errores duntaxat confirmet iam vt de superstitione finiamus, pro vocabulis Hebraicis & pro nominibus angelorũ ex decimoquarto Exodi, quibuscunq; modis dispositis literis inuestigandis, dicimus cum Roberto Vualefeldo quòd similia cuncta eueniunt in ea lingua per metathesim, propter literarum primariam confusionẽ, quæ
in

in igneo globo apparuit, quando lex in eo primum scripta est, vt licuerit quasi de Chao literas tum confusas educere, atq; eas hinc inde legere prorsum sursum, hæc certior ratio est quæ pro significatione vocum barbararum adferri potest.

DE SPECTRIS, Cap. 18.

DEus, inquit Bibliander in Prophetam Nahum nolens mortem peccatoris, sed vt cõuersus viuat, male credulis obijcit spectra, tam vigilantibus quàm dormientibus, quæ vocant omina, monstra, prodigia, ostenta & portenta, vt si conscientiam suam non audiant, nec salubria præstantium virorum monita, nec insolita naturæ specie moueantur, sequatur calamitas, In hac re apostoli quoniam

fallacias dæmonũ vsitato more factas timebãt hinc arbitrati sunt Iesum ambulantem super mare spectrum fuisse, Christiani minus hodie habent spectra quòd constet prædicatione verbi Dei, nam per verbum Dei quod per Christum & in Christo habemus multa spectra disparuerunt. De spectris sic sentit Io. Agricola in Euangelia, Sathanæ phãtasmata inquit, quæ per silentium noctis, carentia propria figura, vana spectra sunt, & ex metu nostro imaginem accipiunt, & obambulant, sed auscultauit illis mũdus papistica tyrannide pressus, quo stabiliretur regnum Sathanæ. Hinc prodierunt examina perturbationũ in Ecclesia Dei & pestilentissimos ac abominandos abusus receptos credimus. Cæsari seperatis gelidis alpibus, cui cunctanti ad parui Rubiconis vndas

Romæ ingens imago trepidantis, canis crinib. vultu mœstißimo, lacera cæsarie, nudis lacertis, & gemitu permixta loqui per noctē astare visa est, tale ostentum est factum. Quidā eximia magnitudine & forma in proximo sedens repente apparuit arundine canens, ad quem audiendum cum præter pastores, plurimi etiam è stationibus milites concurrissent, interq; eos et æneatores, rapta ab vno Tuba prosiliјt in flumen, & ingenti spiritu classicum exorsus, hoc est horrendum & bellicum concentum, pertendit ad alterā ripam. Tum cæsar eatur, inquit, quo deorum ostenta, & inimicorū iniquitas vocāt. Iacta est alea inquit, atque ita traiecit exercitum, per Rubiconem qui Italiam antiquam à Gallia separat, & in Adriam fluit. Et quid si detur spectrorum familiares Bello-

næ imitasse sacerdotes, non alieno sed
suo cruore sacrificantes, sectis namq;
humeris illi & vtraq; manu districtos
gladios exerentes, currebant, efferebantur, & insaniebāt inquit Lactantius. Quid non operatur dæmon vbi
messem in procinctu futuram sperat.
Romæ in templo Lateranensi vbi habetur sepulchrū Syluestri secundi pontificis Romani, sepulchrum id, anno
Domini millesimo primo, collisione ossium & sudore emisso, ab eo tempore,
quo is in id quondam positus est, dicitur semper pontificum mortem prædixisse, hæc Marius Marcus Frysthius Latibanus in catalogo prodigiorū,
à quo anno ratum habetur commune
verbum Molesi, qui dicere consueuit
à mille annis solutum fuisse Sathanā.
Non dubium ergo est impurorum dæmonum caliginosum hunc ac terræ vicinum

cinum aërem incolentium ministerio, non sine diuina tamẽ permißione spectra sæpius fieri. De phyltris & de pharmacentria, de nodis Magicis, de demophoretis, de spaticis aut demonio vexatis aut περσωπείῳ territis plura dicere supersedemus, quoniam malum bene conditum non est mouendũ, tantũ de lamijs hoc dicere habemus, quòd sub auium inauspicatarũ nomine quas harpyias veteres vocabant describantur, quæ mammis feruntur lactare pueros & infirmare, per quas designantur mulieres veneficæ, quæ cũ carnes humanas auidißimè expetant, & veneris illecebris forma præstantes iuuenes, quiq; optima essent corporis constitutione, delinitos atque allectos deglutiebãt, Id quod Menippo apud Lucianum contigisset, nisi grauis & prudentis viri consilium, ab amore iuue-

nem

nem auocaſſet, eumq; hoc dicto deterruiſſet dicentis ὄφιν θάλπεις, κὶ σὲ ὄφις, ſerpentem foues & Serpens te : luculentiſsima hiſtoria eſt. De lamijs item aſinus Luciani & amenè & graphicè agit, earum vnguenta deſcribit Malleus maleficarum & remedia, nec ea tacet de miraculis rerum naturalium Io. Baptiſta porta in Magia naturali.

DE OSTENTIS ET *Anathemate, Cap.* 19.

VT *Magi iubebant in Babylone ex teſtudine loci, vbi rex Ius dicere ſolebat Iynges, hoc eſt cinœdos et motacillas quatuor quas deorum linguas vocabant, aureas pēdere, Adraſtiā, hoc eſt fatalē conditionē ſignificantes, admonentesq́; regem, ne ſupra hominem ſe efferret, ita optimus*

maxi-

maximus misericordiarum pater, sæpe de futuris maximarum rerũ euentibus ostentis & portentis quibusdam admoneri vult, vt humilius & sanctius sese gerant, siue cœlestium conuersionum efficientia, siue sanctißimarũ mentiũ, quos angelos vocamus siue dæmonum ministerio, Sic aiunt ostenta in aquis multis, maximi populi insurrectionem significare, tremores concussæ terræ, magna bella & perniciosas seditiones, plures soles noua fœdera consuta, & structas & adornatas conspirationes ad rapienda imperia, cometas, mortem principis, pestem & bella, at omina ab his sunt diuersa, nimirum quando vel vox vel res ex ore alicuius excepta, vel gesta sint, cũ ad aliud propositum sint vel dicta vel facta, et ad alterius rei euentum ab excipiente ea applicantur. Hic Moses

ad-

adhuc infans coronam Pharaonis, capiti admotam conſcidit, proiectamq́ pedibus conculcauit. Ioannes Zachariæ filius nondum in lucem æditus, indubitato prophetici ſpiritus argumẽto, ſub ipſum almæ virginis ad Elizabetem matrẽ ingreſſum, geſtienti ſimilis, viſus eſt ſentire ſeruatorem humani generis adeſſe, qui virgineo geſtaretur vtero. Et myrrha & auro Magi donantes Theantropon Chriſtum adhuc infantem, plus omnino dabant, quam tunc ſe dare arbitrabantur, pueri item quondam Hebræorum Oſanna filio Dauid Chriſto acclamantes, & Regem illum pullo ſedentẽ aſinæ, venerabunda ciuitas Hieroſolyma venientem excipiens. Iam de anathemate cuius variæ ſunt ſignificationes, quando origo vocabuli in Græca lingua ab his ſumi videatur rebus,

quæ promissæ et redditæ sursum ponebantur in tēplis ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθεσθαι, tamen hîc anathemata sunt obliuionis, vt Iudith vltimo vniuersa vasa bellica Holofernis & Conopæum: sunt item anathemata in mortem vel pœnā, vt ciuitas Hierico Iosuæ: sexto, sunt & homines sacri, quorum capita inferis dicata sunt et deuota, hæc deuotio dæmonibus terribilis est, quoniam in illis etiam nunc synderisis extinguitur ad numerum damnatorum.

DE PERMISSIONE ET tollerantia Dei, Cap. 20.

Θύμωσις quæ ira pceps est, et Ciceroni excandescētia, cōtraria est μακροθυμία, quæ animi lenitas est et clemētia, à qua pprietate longaminis dicitur deus, patiēs et multū misericors, Oēs sacratiores literæ semper fere & vbiq;

vbiq; prædicant Dei misericordiã & iustitiam, quam rem significare volebant ij, qui aßidenti Ioui in throno suo stare dicebant, à dextris misericordiam, à sinistris Nemesim & vindictã. Cum igitur præsenti potentia Dei vel leui digito aduersæ potestates fugiãt, Deusq; per creaturas suas mirabiliter hominũ misereatur, adeo vt perforata herba et hipericon cœlestium facultate, dæmones fuget, atq; ideo obiter à multis fuga dæmonũ vocitetur, quod & corallus facere probatur, & similiter calcedonius, quo iure etiam thus (vt aiunt) gaudet fulciendo vitalẽ & animalem spiritũ, cuius rei ergò in sacris thyniamatis recipitur, quia θυμȣ̃ ἴαμα, animi medela est, et mentem attentius parat ad contemplandam maiestatem & omnipotentiam Dei verbena hierabotanon dicta vaticinium homi-

hominibus præstet, lætitiam, expiatio nes, et visum non solum sacra scriptu ra in sæuissima plaga diaboli Iob im- missa Dei tollerantiã prædicat, sed et eam ratio etiam in multis docet, adeo vt dæmones mites Germani ita vt Græci Cobalos vocent, alij virunculos Montanos, alij Gutulos & Trullos, vt testatur agricola de subterraneis animãtibus. De quibus etiam Christo- phorus Encelius de materia metallica sic habet. Nos vocamus inquit nigros illos visibiles dæmones, habitãtes in æ dibus et præcipue culinis Cobaldos, vn de & propter colorem forsan metal- lum quoddã dicitur Cobalt. Olaus itẽ magnus lib. tertio cap. vndecimo Ae- gipanes numerat, fannos, Satyros & Himanthopedes id est loripedes, spe- ctra quædã in multis locis septentrio- nalis regionis, nocturno præsertim tẽ-

pore suum saltatoriũ orbem, cum omnium (vt inquit) Musarum concentu versare solẽt, quæ post ortum Solem, quandoque roscidis deprehenduntur vestigijs, et quandoq; saltum tam profunde in terram premunt, vt locus cui assuescunt, insigni ardore, orbiculariter peresus, non parit rediuiuum cespite gramen, quorum nocturnum ludũ, Incolæ choræam de quibus etiã supra, Euarum vocant, sunt & Metallici dæmones, de satyro quem prodit antiquitas animal esse, semihumana et semibruta forma constans, sermonis tamen & rationis capax, ipse refert Hieronymus, qui vnum viuentem in publicum productũ affirmat, & mox ad Constantinum principem destinatum, & talem quempiam Beato Antonio Eremitæ quondam fuisse locutũ & gentilem errorem in se pro anima-

libus

libus colendis damnasse, communemque Deum, pro se precandum orasse de cuius generatione & continuatione, quoniam non in vanum vel adregio communi & vulgari dicitur, quod Affrica semper aliquid adferat noui, quamuis certum & ratũ sit omnes homines à protoplasto descẽdisse, etiam vbi vbi habitantes, et formarũ habitu multum distinctos, historia magis libet testari quam ratione alia, pro indubitato est habẽdum, inquit Viues li. secundo de Christo, viuere homines integros in mari, sicuti Plinius tradit, quorũ vnus captus est ante annos duodecim in Batauia, quem viderunt plurimi. Etenim detentus est supra duos annos mutus, et incipiebat iam fari, quò ad ictus bis pestilentia, in mari est remissus, gaudens & exiliẽs qui & ex Raphaële volaterrano aliã

refert ibidem historiam, de Iuuene assueto ab infantia in Mari agere, hisce monstris solet Deus homines de impietate sua admonere, quæ vigẽte Euangelio disparent. Est item, fuit, & semper futura est, iustissima Dei vindicta post multam & longam patientiam, ijs qui dilectionem veritatis non recipiunt mittere (vt inquit ille) efficaciam illusionis vt credant mendacio, vbi velit Sathan se transfigurare in angelum lucis. Sic olim Aegyptij sepultum apud se Hieremiã sacrificijs alijsque diuinis honoribus prosecuti sunt, & abusi sunt sancto Propheta Dei ad Idololatriã, vt tamen tali sepulchri veneratione consequebãtur, vt curarentur à tactu serpentum, & quarto Regum decimo tertio cadauer hominis mortui tangẽs Prophetæ ossa defuncti resurrexit. At quoniam

historiam Iob de Dei permißione superius recensuimus qua libet dæmonibus permissam esse potestatem qua subtilitate sua se sanguini immiscere poterint totam Massam humoralem corrumpendo, libet etiam & hic aliam recitare historiam qua externis dæmonibus libera datur potestas impios & de misericordia Dei desperātes cruciare, & multis plagis affligere. Scribit Martinus Cromerus de rebus Polonicis in hæc verba. Non libet miraculū silētio præterire, quod illo tempore multis testibus accidit. Homo quidā splendidus equestris ordinis, sed violentus & rapax, & suis iuxta ac alienis grauis, cum grauiter ægrotaret admonitus crebrò à religiosis quibusdam viris, vt ad Dei clementiam confugiens, animæ suæ saluti consuleret: negauit sibi veniæ locū

relictum esse. Iam enim diuino iudicio traditum se esse dæmonum potestati. Nec mora audiuntur à circumstantibus, vehementium verberum & percussionum strepitus. Apparent in corpore ægroti fœdi liuores, atque vibices ita vt omnes obstupescerēt. Inter hæc illę infælix nullam vocem, nullumque gemitum ædens, ter infœlicem animā exhalauit. Iam ex Olao magno etiam hæc ascribere poterimus plura de finitimis aquilonaribus, impeditis Mercatoribus et Nautis nodis magicis vētum venalem exhibentibus, sed vnā tantum ex illo historiam recitasse satis fuerit vt incæpto negotio facilius finem imponamus. Aquilonares (inquit ille) scire cupientes, statum amicorum aut inimicorum longinquo terrarum spacio quingentorum, vel mille milliarum inde distantum, lapponē seu

ſeu finnonem huius rei peritum, dato
munere, lineæ ſcilicet veſtis aut ar-
cus, rogant experientiam fieri, vbi-
nam fuerint, & quid agant amici vel
inimici. Quocirca conclaue ingredi-
tur, vno comite vxoreque contentus.
Ranam æneam, aut ſerpentem, mal-
leo, ſuper incudem præſcriptis ictibus
concutit, carminumque murmure,
hinc inde reuoluit, continuoque cadẽs
in extaſim rapitur, iacetque breui
ſpacio velut mortuus. Interea diligen
tiſsimè à prædicto comite, ne quoduis
viuens, Culex, aut Muſca, vel aliud
animal eum attingat, cuſtoditur. Car
minum namque potentia, ſpiritus eius
malo dæmone ductore, à longinqnis,
ſigna, annulum, vel cultellum, in te-
ſtimonium, expeditæ legationis, ſeu
commiſsionis reportat. Illicoque reſur
gens, eadem ſigna cum cæteris circum

 ſtantijs

ſtantijs conductori ſuo declcarat. Et pro hominibus diuiſa ægritudine proſternendis, faciunt de plumbo Iacula magica breuia, ad modum digiti, quæ mittunt per quæuis diſsita loca in eos, de quibus vindictam expetunt, qui ex orto Carcinomate intra triduum, vehementia doloris examinantur, huc vſq; de Necromanticis & de Magia prohibita hæc dixiſſe voluimus, finem mox omnibus impoſituri, ſi ad Cacadæmonas propellendos in Medicinæ Encomio huc aſcripſerimus, Medicamentum quod ſic habet, recipe ſulphuris drachmam vnam, recoquatur in vitis albæ aqua vt dilutius ſit ſulphur, detur ægro, nã dæmones ſunt morbi, ſed occultioris cuiuſdam naturæ.

Τελος.

INDEX

archi-

Apollo

Bello

chara-

diei

diabo-

euni

γοη=

her-

in-

labra-

mili-

imago

labra-

mili-

magia

necroman-

S

Säulis

ſepul-

FINIS.

